# COMMENTARII
## DE REBVS
## IN
## SCIENTIA NATVRALI
## ET
# MEDICINA
## GESTIS.

## VOLVMINIS XXII. PARS II.

LIPSIAE MDCCLXXVII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.

Venduntur etiam
Lugduni Batauor. apud Fratres Luchtmann, Londini apud Fr. Elmsly.
Venetiis apud I. B. Pascali, Romae apud St. Richard, Aug.
Taurinor. apud Giraud et Gravier.

I.

Journal de Médecine, Chirurgie, Pharmacie etc. Par M. A. ROUX. Année 1773. Tome XXXIX. à Paris, chez Vincent. 8. 1. Alph. 13 pll. 1 tab. aen. et Tome XL. ib. eod. 1. Alph. 13 pll.

i. e.

Diarium ad artem ſalutarem, chirurgiam et pharmaciam pertinens, Auctore Cl. ROUX. Vol. XXXIX et XXXX.

Menſe Ianuario 1773 ſequentia continentur: Vol. XXXIX.

1. *Epitome voluminis ſecundi tranſactionum medicarum Londinenſium* *). p. 3.

2. *Deſcriptio fetus monſtroſi*, Auctore Cl. IASTELIER. Femina 22 annorum, quinque cum dimidio menſes grauida, abortum gemellorum patiebatur, quorum alter, ſexus ſequioris, naturali gaudebat conformatione, alter vero corpore mire conuoluto, ita, vt facies os ſacrum reſpiceret, brachiis p. 27.



*) Vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 195 ſeqq.

chiis ad longitudinem corporis extensis, femoribus in dorsum replicatis cruribus et pedibus extensis planis, et occipiti appositis, halluce in vtroque pede versus tempora flexo; placenta propria alterius infantis non adiuncta, funiculus vmbilicalis nullus (vbi tamen haec placenta cohaeserit cum corpore, nullibi notat Cl. Auctor, quod tamen vehementer optassemus, praesertim quum in sectione ipse moneat, se nullibi vasorum vmbilicalium vestigia vidisse): caput monstrosae magnitudinis, facies eadem consolito latior, collum fere nullum; pectus et abdomen in vnicam cauitatem coeuntia, quam saccus membranaceus, antrorsum multum prominens, adeo subtilis et pellucidus efficiebat, vt motus cordis in regione iliaca sinistra per horam, qua viuebat, distinctissime conspici posset; nates anterius et inferius sitae, ad latus appendice crista simili instructae, quae quodammodo nymphas referebat, et in medio tuberculum carneum habebat, posterius, vbi debebant esse nates, protuberantia carnea, a natibus per sulcum transuersalem separata, et ad latus eiusdem cicatrix, varias plicas cutis efficiens: extremitates inferiores, quum extendebantur, situm inuersum obtinebant, ita vt crista tibiae posterius posita esset; anus et genitalia prorsus deficiebant. Sectione instituta, saccus iste membranaceus, qui nihil erat, nisi peritoneum, continebat omentum exiguum, hepar insignis molis, cui vesicula fellea situ naturali iuncta erat; sub hepate ventriculus exiguus, huicque adhaerens lien magnitudine seminis phaseoli, sub hoc capsula atrabiliaria, magnitudine nucis auellanae; mesenterium structurae subtilissimae intestina cingebat, quae superius per pylorum cum ventriculo connectebantur, inferius autem intra mesenterii duplicaturam libere in contextu cellulosо fluctuabant;

ossi-

ossi sacro et coccygis anterius incumbebant thymus, pulmones et cor, haec tamen viscera diaphragmate quodam ab ipsa membrana inuestiente efformato, ab abdominalibus distinguebantur; cor pericardio, similis vt diaphragma structurae, cinctum, apice versus cristam ossis ilei sinistri directum; pulmones contracti, coloris rubro fusci, qui et integri et dissecti aquae iniecti fundum petebant. Nates anterius sitae musculos gluteos naturales offerebant: massa carnea posterior maximam partem musculorum femoris et nonnullos dorsi, reliquis ( vt probabile erat, et cicatrix exterius conspicienda quodammodo euincebat ) suppuratione consumtis; sub hac protuberantia prodibat cauitas insignis, destructis ab vltimis vertebris dorsi vsque ad finem ossis coccygis omnibus apophysibus spinosis, ipsaque medulla spinali sursum quoque ad primas vsque vertebras colli absumta, ita vt solummodo supereesset membrana laeuis, cauitatem inuestiens, nullo tamen superstite praegressae putrefactionis vestigio. Inferior peluis pars, cum qua haec cauitas communicabat, in fundo, sub sulco transuersali exterius conspiciendo, vesicam vrinariam, collo inflexo, et extremitatem inferiorem musculorum abdominalium offerebat, adhaerentem symphysi ossium pubis, posterius sitae; nam tota peluis situm naturali prorsus oppositum habebat. Denique sceleton osseum describitur: in latere dextro sex costae verae et quinque spuriae, quarum vltima cristae ossis ilei incumbebat; in sinistro nonnisi sex verae, et loco vltimae ac spuriarum lingula ossea, cartilagini xiphoideae similis; costa secunda huius lateris ad vertebras duplici capitulo gaudebat, in progressu vnito. Spina dorsi in medio antrorsum flectebatur, aeque ac os sacrum et coccygis. Praeter deficientes itaque costas, ver-

tebrarum apophyſes ſpinoſas et medullam ſpinalem nullibi pancreas, renes cum vaſis ipſorum atque vreteribus, capſula atrabiliaria dextra, et organa generationis, conſpici potuere. Tranſimus iam cetera rollaria, et notamus tantum, quod Cl. Auctor ſub finem addit, ſe infantem viuum noſſe ſeptem digitis in ſingulo pede, et ſex in ſingula manu natum.

p. 42. 3. *Alius fetus monſtroſi deſcriptionem*, ſed externam tantum, exhibet Cl. IACON. Duo capita ſiniſtrum maius dextro, hoc tamen per dimidiam horam, illud per pauca tantum minuta vitae ſignum exhibuit; thorax, quantum exterius iudicari potuerat, vnicus quidem, ſed duplex ſternum, in vnam cartilaginem xiphoideam terminatum: reliqua, ſed antrorſum ſpectato, prorſus naturalia; ſed retrorſum duo alia brachia inter ſe implexa, ita vt quatuor brachia conſpicerentur; quatuor ſcapulae, duae ſpinae dorſi, quatuor coſtarum ordines; ſpinae dorſi in regione lumborum inter ſe vnitae.

p. 45. 4. Cl. BOVRIENNE in cadauere militis continuationem muſculorum ſternomaſtoideorum vidit, quae ſtratum muſculoſum tres pollices latum, apophyſi maſtoideae, ſterno et clauiculae adhaerens, et a ſimili muſculo alterius lateris duorum pollicum interſtitio diſtans, efficiebat: vterque ſuper ſternum vſque ad muſculos rectos abdominales decurrebat, in quibus ſine tendinis cuiuſdam veſtigio inſerebatur.

p. 309. Poſtea Cl. IVPPIN in epiſtola ad editorem diarii huius directa narrat, Cl. PORTAL in cadauere quodam vidiſſe duos muſculos planos, ſuperius, vbi ſternum tegebant et muſculis ſternomaſtoideis inſerebantur, tendineos, poſtea latiores reditos et ſitum cum ſterno parallelum ſeruantes, carti-

cartilaginibus coſtarum verarum adhaerentes, ac ſternum in extremitatibus ſuperioribus muſculorum rectorum terminatos; de reliquo, aeque ac hi muſculi duabus interſectionibus tendineis diſtinctos: putatque, eiuſdem conditionis continuationem interno maſtoideorum fuiſſe, quam Cl. BOVRIENNE obſeruauerat.

5 Cl. TABARY ſeptuagenariam poſt febrem acutam anaſarca laborantem breuiſſimo tempore ſoluere ex ſcillae gr. vi nitri gr. xii et cinnamomi gr. ii, mane et veſperi cum ptiſana aperiente ſumto, ſanauit. p. 47.

6. *Noua experimenta* Cl. D'ARCET et ROVELLE *de deſtructione adamantis in vaſis clauſis* *). Adamantes globulis ex porcellana confectis et hermetice clauſis, hoſque crucibulis eiuſdem fabricae, tali modo, qualem adiuncta tabula aenea monſtrat, indiderunt, admotoque igne vehementiſſimo, ad octo interdum integros dies ſuſtentato, tractauerunt: pro varietate experimentorum lapides iſti vel prorſus diſparuerunt, vel inſignem ponderis iacturam paſſi ſunt; puluis cornu cerui vſti et pyromachi, iiſdem circumiectus, quo immediatus contactus parietum internorum vaſorum impediretur, iacturam potius accelerauit, quam retardauit. In igne aperto vera flamma vndulans ſuperficiem adamantis lambere conſpiciebatur, iſque paullo citius, quam argentum fluere inciperet, flammam concipiebat; puluis quoque illius flamma viua celerrime deflagrabat, paucis ſordibus in vaſe relictis, nullo tamen animaduertendo vapore; ſed ipſam p. 50.



*) Vid. Obſeruations ſur la phyſique cet. par M. l'Abbé ROZIER Vol. VII. p. 131. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 278.

deflagrationem antecedebat ſplendor quidam, i
nullo alio lapide, neque in metallis liquefactis d
tegendus. Adamantes Braſilienſes et Orientales i
dem mutationibus obnoxii ſunt, ſicut ex vtraq
regione aeque melioris ac deterioris conditionis
promi gemmarius apud Pariſienſes celebris CA
NAY Noſtros docuit; dignum tamen notatu,
vtraque India hucdum ſub eadem tantum ab aequ
tore diſtantia adamantem inueniri, ſed in Orient
ſeptentrionem, at in America meridiem ver
Puluis carbonum deſtructionem adamantis retard
ſed non plane impedit, ſi ignis maxima violen
diutius applicatur; an, quia puluis iſte leuis
ſpongioſus non adeo facile, quam puluis co
cerui aut pyromachi, intenſiorem ignis grad
recipit et retinet? Adamas ipſe in vaſis clauſis,
terius perfectam albedinem ſeruantibus, nigr
colorem adeptus eſt, quem ergo in interſtitiis
inter laminas ipſius haeſiſſe oportet; inde diffi
tas lapides iſtos depurandi, quod ſaepe caſus pr
ſtitit, arte fruſtra adhibita. Ad experimenta ha
adamantes minores praeſtant maioribus. Tande
Cl D' ARCET ad obiectiones quaſdam reſpondet, e
perimentis gemmarii MAILLARD, quae hic addu
ctis contraria ſunt, innixas; quae experimenta i
conſeſſu Academiae Regiae ſcientiarum capta ſunt
et vti nonnihil videtur, aſſenſum Celeberrimi MAC
QVER obtinuerunt *). Sub finem Auctores no
ſtri, prouocati quaſi a Cl. BAVME **), qui cale
nationem metallorum ac deſtructionem adamant
in vaſis porcellanis, aquae et acido vitriolico ſem
per in argillis praeſenti adſcribit, experimenta fe
per calcinatione vaſorum in vaſis clauſis promittunt.

J. Cl.

*) Enarrata ſunt in diario illo notiſſimo Gazette de france, lundi 11 Maii 1772.

**) Avant-coureur, lundi 4. Mai 1772 n. 18.

7. Cl. ROVELLE *de praesentia alcali mineralis* p. 86.
*vegetabilibus, et de modo idem absque ignis ope*
*dendi*, qui satis simplex est, et nonnisi macera-
né ac digestione sufficientis copiae plantae cuius-
in gradu caloris, qui minor sit quam aquae
ollientis, addita aqua cum minima portione aci-
mineralis cuiuscunque absoluitur; succus expres-
s, euaporationi relictus, crystallos praebet iis si-
iles, quas coniunctio sodae cum acido quodam
inerali largitur. Hunc mineralem aeque ac ve-
abilem salem alcalinum fixum, itemque acidum
plex minerale, quae omnia regnum vegetabile
ministrat, non heterogenea esse, sed aeque ac
liqua principia vegetabilium, opus vegetationis
ius, cum propria experientia tum aliorum
uctorum testimoniis Noster compertum habet.

Inferius inuentionis huius alcali fixi sine igne p. 265.
oriam Cl. MONTET sibi vindicat, qui illud in *Salsola*
detexit et in scriptis academiae regiae scientia-
m proposuit *).

Mense Februario:

1. *Continuata epitome tomi secundi transactio-* p. 99
*um Londinensium.*

2. Cl. IADELOT auctorem anonymum **), p. 122.
qui systema Cl. DE LAMVRE defendit, refutat.



*) Mém. de l' Acad. Roi. des sciences, Année 1762. Idem detexit Cl. MARCORELLE vid. mém. de Math. et de phys. présentés à l'Acad. par des Sc. v. p. 13. comm. nostr. Vol. XVII. p. 25.

**) Reflexions sur le système de M. DE LAMVRE, touchant le battement des arteres, qui tractatus subiunctus est libro: Obseruations sur le cacao et le chocolat cet. à Paris 1772. 12. vid. comm. nostr. Vol. XX. p 314.

Hanc hypotheſin et quae Noſter eidem
iecerit, aliis locis commemorauimus*). De
ſor Cl. DE LAMVRE eius quidem ſyſtema an
ſtitur, ſed conuerſionem cordis cauſſam eſſe
tus arteriarum, negat, hancque in ſolo motu
ſtico membranarum neruearum et muſculoſa
vaſorum arterioſorum, ab actione ſanguinis ce
muli orto, ponendam exiſtimat. Noſter autem
gerit, ſi haec ſubeſſet cauſſa, ſpaſmum hunc
niſi per interualla agere debere; praeterea,
actio organica his partibus aeque ac aliis molli
corporis viui nequeat denegari, tamen nec fi
muſculares in iiſdem vmquam detectas eſſe,
irritabilitatis eſſentialis fibrae muſcularis cha
ris, veſtigia quaedam apparuiſſe: ſolum igitur im
ſum ſanguinis ad latera vaſorum ſenſum pulſati
digitis percipiendum producere.

p. 129. 3. Cl. EMMANVEL. *de vſu vomitoriorum in gr
vidis*, aduerſus Cl. BONNAVD**). Exempla ab h
adducta id vitii habent, quod aegrae omnes, ſ
nuptae fuerint, ſeu innuptae, grauiditatem diſſi
lauerint, ideoque emetica largius exhibita, q
quod ab aegris ipſis vehementiora adhuc reme
ad abortum ciendum vſurpata fuerint. Monet a
tem Noſter, vomitum non niſi tunc iuuandum e
quum ventriculus impuritatibus ſcatet: ſympt
maticum vero vel ſanguinis miſſione, vel ſedanti
bus cet. compeſci oportere. Addit exempla no
nulla felicis effectus vomitoriorum in grauidis; a
quando tamen, ſynocho putrida in ſeptimo v
octauo grauiditatis menſe accedente, abortus mo
tus

*) Comm. noſtr. Vol. XVII. p. 275. ſeqq. et Vol. XIX.
p. 541. ſeqq. 314.

**) Iournal de médecine ſupplément à l'année 1770
deuxieme cahier 127. comm. noſtr. Vol. XX. p. 65.

eſt, matre tamen ſeruata. In quadam, quae ...ilitatem occultauerat, non tantum vena cre... ſecta, ſed etiam emetica et emmenagoga for... adhibita, fetui tamen non obfuerunt. In ... femina, dyſenteria laborante, ipecacuanhae ...es minores per quatuor vel quinque dies con... exhibitae effectum ſperatum ediderunt. ...dem aſſerto Cl. BONNAVD, vomitum ſemper ... motum conuulſiuum ventriculi, muſculorum ...ominalium et diaphragmatis, effatum Cl. ...TAVD opponit, ſolummodo ventriculum et ...ſtina eodem affici.

4 et 5. *Epiſtola* Cl. LE BLANC *ad* Cl. BEAVS- p. 147.
...ER DE LA BOVCHARDIERE *de lithotomia*, huiuſ... ad eam reſponſio. Cl. BEAVSSIER ſuperiore ...no *) ſiniſtrum euentum lithotomiae, quam ipſe ...formidauerat, a FRATRE COSMO ſuſceptae, ...trans, interrogauerat, vtrum ſectio calculi tuni... incluſi ſub quacumque rerum conditione tentan..., an potius aeger ſuo fato relinquendus ſit? Cl. ...BLANC diſtinguit calculos tunicae tantum in...erentes, vti gemma palae (*pierres chatonnées*), ...iis, qui cum tunica ambiente et veſica ipſa coa...erunt (*enkyſtées*). Differentiam hanc tactus, ...ploratione per ſpecillum inſtituta, atque adeo ...nitus, ſpecillo in calculum nudum impingente, ...incunt. Si porro digitus ano vel vaginae immiſ... ſuperficiem calculi inaequalem detegit, proba...ile eſt, illum productionibus (*brides*) membra...aceis ſuper eum decurrentibus firmari, ideoque ...ractio tentari cum ſucceſſu non poteſt. Idem ...dicium ferri oportet, ſi digitus explorans calcu...m attingere nequit, verſus fundum veſicae collo...catum

*) Tom. XXXVIII. p. 350. comm. noſtr. Vol. XX. p. 653.

catum. Cl. Auctor, per viginti quinque iam
nos lithotomiam exercens, se propediem syno
operationem chirurgicarum editurum pollicet
qua descriptio huius operationis et instrume
rum, quibus ipse in eadem vtitur, vberior
tineatur.

p. 341. Postea FRATER COSMVS ipse hanc quae
nem dilucidandam sibi sumsit. Primo ipse op
tionem a se factam enarrat, monetque, in pr
operatione, a qua destiterat Cl. BEAVSSIER,
dubio viam falsam electam fuisse, quia per 48
nuta quaesitus calculus detegi non potuerat, q
deinceps FRATER COSMVS duos calculos appa
alto adhibito extraxerit; suppuratio acris di
iusto perdurans euentum siniſtrum praedic
Exempla calculorum tunica incluſorum vel ve
accretorum adeo rara putat, vt tria exempla, q
enarrat, vnica ex plus quam mille calculosis, q
secuerit, fuisse pronunciet. Vidit Cl. BASEIL
ex iuuene tres fungos exscindentem, qui soli
te, odore et colore lycoperdon referebant, in
grana sabuli cretaceae consistentiae continebant
loresque acerbissimos creabant. Ipse in inf
eiusmodi fungum vesicae adhaerentem, calculum
liberum felici cum successu exscidit. In alio
iuniore calculos tres exemit tunicis incluſos et
bris carneis obsitos, sine haemorrhagia, et aeg
post insignem suppurationem perfecte conua
Alius aeger chirurgo exploranti iam calculos p
sentiscendos, iam non detegendos, obtulit; p
mortem inuenti sunt plus quam triginta, super
ei politae, quorum vnus ouum columbinum, re
qui fabam magnitudine aequabant; hi omnes libe
pone prostatam haerebant, expansione fungosa ob
tecti, quae impediebat, quo minus illi ad collum
vesi-

ae delabi poſſent. Rurſus de operatione Cl. AVSSIER: vſus ille eſt lithotomo occulto, ſed obtuſa, quod FRATER COSMVS reprehendit, ſic. inſtrumentum hoc nec collum veſicae, nec ſtatam attingere potuiſſe monſtrat, ſed tantum contextum celluloſum ſub proſtata egiſſe, et cipem hunc et partem inteſtini recti arripuiſſe, od corpus Cl. BEAVSSIER pro calculo tunica liſo habuerit et quum illud immobile deprehenrit, ab vlteriori operatione deſtiterit: Inde ſymmata grauia, poſt operationem accedentia, et re tantum ſuperatā; et eidem quoque cauſſae entum ſiniſtrum repetitae operationis adſcribit. reliquo ſectionem per apparatum altum plane riculo carere aſſerit, refertque ſe hecticum, iam annum lecto affixum, eodem modo a duobus culis oui gallinacei magnitudine liberaſſe, eumſedecim poſt operationem diebus perfecte ſaum eſſe; vulnus veſicae cito coaleſcere, et hoc cinato inciſionem in linea alba et integumentis ui et feliciter curari. Quae vero in ipſa operae attendenda ſint, ex praeceptis a Cl. BASEILc datis *) optime ediſci. Praeterea Cl. BEAVSx operationem ſecundariam, cui ipſe non aderit, veritati non conſentiente modo retuliſſe cet. riter in Academiam chirurgicam inuehitur, quae hotomum occultum, a ſe inuentum, reiecerit, correctiones a Cll. LE CAT et CAQVÉ propoſitas udibus et praemiis condecorauerit **), quum tamen lithotomus ad mentem Cl. LE CAT globulo in apice

*) Iournal de Médec. Tom. XXVI. p. 528. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 326.

**) Mém. de l' acad. Roy de Chirurgie T. III. p. 623. comm. noſtr Vol. VIII. 224.

apice munitus *) a nullo practico in vſum catur.

p. 157. 6. Cl. LE FEBURE chirurgus obſeruationem milem ei, quam Cl. AVRRAN communicauerat exhibet, doloris, in vertebris dorſi ſubito cauſſa manifeſta apparentis, in homine ſaepius dera grauiora geſtante; poſt aliquod tempus berculum in medio dorſo, nucis auellanae tudine, naſcebatur, ſenſim increſcens, quod ſter poſt aliquot menſes inſtituto examine ab phyſi ſpinoſa vertebrae ſeptimae dorſi form inuenit; tunc tantum extremitates inferiores lum languebant, ſed ſucceſſiue, intempeſtiue bitis remediis, acceſſit paralyſis earum aeq veſicae et inteſtini recti, decubitus ad reg oſſis ſacri, et alius ad partem ſuperiorem et nam femoris, multum ſeri rubelli fundentes, aeger poſt biennium ab initio morbi maraſmo iit: ſectionem Cl. Auctor adminiſtrare non p

p. 158. 7. IDEM ex inteſtino recto viri particula bouis, ſpongioſae fabricae, 13 lineas long 7 latam, felici cum ſucceſſu excidit.

p. 160. 8. Cl. PEVFFIER *de fractura complicata faciei* in octogenario ab equo percuſſo, qua maxillare vtriusque lateris, zygomaticum ſtrum, vomerem, naſum, et vtrumque oc tangebat; aeger, vulnere fere conſolidato, ex dente ſingulari die poſt laeſionem vigeſimo moriebatur. Mirum erat, inde a momento nis ſaliuam plane defeciſſe, vnde tanta orie linguae gulaeque ſiccitas, quae vel liquidorum

*) Deſcriptus in EIVSDEM ſecond recueil, qui tient la deſcription de pluſieurs lithotomes ſés cet. à Rouen 1752. 8. p. 405.

**) Journal de Médic. Tom. XXXVII. p. 250. noſtr. Vol. XX. p. 649.

limentorum vſum prorſus non admitteret: qua- ſymatibus aeger nutriebatur. Hoc ſymptoma ori, alias nonniſi in vulneribus ſclopetariis ob- ndo, maximam partem Noſter adſcribit.

9. *Epiſtola* Cl. IOVRDAIN *ad* Cl. LEVRET *de* p. 163.
*leporino connato*, occaſione tractatus, quem antea in hoc diario exhibuerat*). Originem vitii in imaginationem matris coniicere, du- videtur Noſtro, qui potius nimis compreſ- ſetus ſitum in vtero, pugnis verſus os oppreſ- illud efficere putat, ſiue is a nimis exigua ex- ione vteri ipſius, ſiue a compreſſione per ve- enta profectus fuerit. Labia proprie ſuctionem praeſtant, ſed tantummodo lactis effluxum ex impediunt. Ergo in labio leporino ſimplici in- lacte ex mammis ſucto, ſi res rite peragatur, ino ſuſtentari poteſt, quod numeroſis adulto- exemplis Noſter comprobatum vidit, opera- e nulla ſubiectorum. Haec, ſi ſolam vnionem orum ſpectat, coniunctionem palati oſſei prae- e nequit, quae potius a ſola expanſione maxil- per dentes ſecundarios inciſiuos, atque inpri- molares ſi non ſemper, ſaltem in quibuſdam bus, exſpectari debet. Ad corrigenda incom- da, a deprauato vomeris ſitu metuenda, com- dat tenuem laminam auream hiatui imponen- , cui filum aureum adiunctum ſit in duas par- abiens per nares et exterius ſuper vtramque am ducendum et iuſto modo firmandum; ſpon- ſimplici filo inſtructam, fini propoſito ſa- ciſſe et ſuctionem iuuaſſe, iam experientia icit.

Ad hanc epiſtolam poſtea Cl. LEVRET reſpon- p. 543.
Situm fetus mutationem hanc praeternatu- ralem

*) Journal de Méd. Tom. XXXVII. p. 246. comm. noſtr. Vol. XX. p. 646.

ralem efficere non poſſe ex eo patet, quod in
mis grauiditatis menſibus compreſſio talis, qu
Cl. IOVRDAIN deſcribit, ob inſignem copi
quoris amnii, embryonem minoris molis cr
dantem, locum non habet, et ſitus in vltimis
viditatis menſibus talis non eſt, qualem ille
mit: praeterea compreſſio aſſumta velum pa
num diuidere non poteſt, quod aliquando in
ſine labio leporino aut diducto palato oſſeo, a
aduertit Noſter. De officio labiorum in ſo
ne conſentit cum Cl. IOVRDAIN. Sed de vi
ſciae vnientis ad vniendum palatum oſſeum p
conuictus eſt, neque, niſi labiis integris, ſoli
turae negotium hoc committi poſſe docet: n
rem etiam ſpem felicis curationis in infantibus
neris affulgere, quum lamina cartilaginea oſſ
maxillaribus interpoſita mollitie ſua gaudeat, q
quum, corpore perfectum incrementum ad
eadem oſſeam naturam acquiſiuit; exempla,
bus innitatur Cl. IOVRDAIN, eius indolis
vbi labium leporinum ſimplex non adfuerit;
lio ab hoc propoſito magis diſtendi oſſa maxill
ideoque vitium augeri magis quam corrigi.
Faſciam vero vnientem a Cl. GVESNAI inuen
cuius applicationem Cl. DE LA FAYE deſcrip
et quam in antecedente iam commentario
mendauerat, nunc iterum vt optimum auxi
laudat.

p. 178. 10. Cl. MOLMX *de puella, quae tertio aetatis
no ex infortunio genitalia torre ambuſſerat*, et
ſoror laeſionem modo ſatis ſimplici, ſed eo
tu tractauerat, vt non tantum labia externa
ſe coaleſcerent, ſed etiam femora ipſa ſupe
li

*) Mém. de l' acad. Roy. de Chirurgie T. I p. 60
ſeqq.

mento admodum elaſtico, pollicem lato con-
erentur. Clitoris multum prominebat, ſolito
or, nonnihil conſtricta, in lateribus quaſi de-
ſſa; ſuper hac orificium, paruum ſtilum admit-
s, ex quo vrina, adſcendere coacta, profiliebat,
in viris. Pone labia conglutinata paruus cana-
erat, in fiſtulae ſpeciem prope foſſam nauicula-
n deſinens, per quam guttae aliquot vrinae ef-
bant. Octauo aetatis anno abſceſſus vrinarius,
erinaeo prope anum formatus opem Auctoris
ri poſtulabat, qui ligamento cutaneo aeque ac
is coalitis diſciſſis, iuſtam curationem praeſta-
. Canalis iſte aeque ac orificium vaginae ſabu-
adeo ſcatebant, vt acies ſcalpelli prorſus inde
tunderetur.

II. Cl. BOVRIENNE *ſingularem effectum vulne-* p. 181.
*ſclopetarii* refert. Miles in praelio glande
umbea tangebatur, quae per medium partis ſu-
rioris muſculi deltoidei ſiniſtri vſque ad baſin
romii penetrabat: quae quum detegi eximique
a poſſet, res ſucceſſui temporis relinquebatur.
ertio die febris vehementius accedebat, cathar-
co ſumto rurſus miteſcens, ſuppuratio rite
ccedebat, et omnia aegrum ſeruatum iri pro-
itebant, quum ſubito die duodecimo pleuritis
m ſymptomatibus funeſtis accederet, aegrum
e decimo ſexto, omni licet adhibita opera, tol-
ans. Sectione inſtituta detegebatur glans, ictu
pplanata, inter acromion, cuius baſis fracta erat,
apophyſin coracoideam inclauata, ac tertia coſta
a in medio diffracta, cuius fragmentum pleuram
acerauerat et vna cum pulmone inflammauerat,
vt in vtroque pectoris cauo ſatis inſignis copia
ris haereret.

Menſe martio:

p. 195. 1. *Epitome actorum philoſophico – medico- ſocietatis academicae ſcientiarum principalis P ſiacae* *).

p. 215. 2. *Epiſtola* Cl. GVILLEMANN *filii, ſuper ctu morſus canículae rabidae in aliquot hominibu ſeruato.* Quinque pueri et vna femina, quam reſciſci poterat, mordebantur: femina laeſio dentibus inflictam ipſa certe ſatis affirmare ne bat, neque auxilium exigebat; pueri autem p nus a cognatis in mare immerſi hoc remedio ſe ti putabantur, praeter vnum, qui eodem car et aeque ac alius, at regularum praeſcript negligentiſſimus, ab Auctore noſtro fricti mercurialibus, ſingulo mane ad ʒj vnguenti mercurii dimidiam partem capiebat, veſperi neo tepido, et ſi opus erat, per noctem emo ne, per diem vero potu refrigerante copioſ ac verſus finem turpetho minerali parca doſi rius exhibito, ſeruabatur: vbi mirum erat, v ra inflicta, licet omnia tentarentur ad ea aper vanda, tamen multo citius coaluiſſe, quam ſub quauis conditione expectari potuiſſet. Duo pueri quadrageſimo poſt laeſionem die, q antea res plane neglecta eſſet, hydrophobia c ripiebantur, et miſere alter tertio, alter quarto ſuccumbebant. Quintus a vigeſimo quinto febre affligebatur, Noſtrique auxilium quadrage octauo die poſtulabat; qui vero quum cogn conſiliis a ſe datis importune repugnantem fl re non poſſet, protinus a negotio abſtinebat, que ergo euentum morbi reſciſcere poterat.

*) v. comm noſtr. Vol. XIX. p. 370.

3. Cl. MARESCHAL DE ROVGERES *reflexio-* p. 240
*quaſdam de variolis* communicat. Praemiſſis
ibusdam cogitatis, iisque omnino veriſſimis,
damno, quod ex praeceptis popularis medici-
e iam adeo ſollemnibus, quamquam praeter vo-
ntatem Auctorum, redundat, tractatum Cl. TIS-
r de variolis, ex notiſſimo illius libro, *Avis au*
*ple*, diiudicat, aſſertum eius, variolas numquam
ire, multum limitat, ſeipſum plus quam viginti
gros in vnico oppido *Lamballe* iiſdem mortuos
miniſſe notat, et poſtmodum variis aliis exem-
s Cl. TISSOT ſibi ipſe repugnaſſe monſtrat,
m nonniſi praecepta generalia exhibere volue-
, v. c. in praeparatione, in calidi vel frigidi re-
mis vſu cet. In fine vero ipſum in editione
ta iſtius libri hinc illinc mentem ſuam mu-
le concedit.

4. *Experimenta quaedam chemica a Cl.* ROVEL- p. 250.
*inſtituta.* Serum lactis absque cremore tartari
nam, ad ſyrupi conſiſtentiam inſpiſſatum et in
frigido repoſitum, ſaccharum lactis praebet;
e operatio ſi tertia vice repetitur, ſal iſte cry-
llos aliquot ſalis febrifugi SYLVII admiſtas
gitur. Liquor remanens ſeu muria (*eau - mere*)
ltum ſubſtantiae mucoſae continet, facileque
gelatinam cogitur et adfuſo acido vitriolico pa-
m concentrato, ſub leuiori efferueſcentia vapo-
s acidi ſalis marini ſpargit, quod etiam euenit, ſi
m illud acidum ſaccharo lactis vltimae cryſtalli-
tionis ſuperfunditur. Saccharum lactis deſtillatum
gitur parum phlegmatis, poſtea acidum oleum,
manente denique capite mortuo ponderoſo,
ſi ei, quod a deſtillatione mellis, mannae et
alium remanet, et calcinatum cineres paucos
a libra vix drachmam dimidiam) nigros praebet,

qui elixati ſyrupo violarum viridem colorem c
ciliant, ſed cum acidis non efferueſcunt. Sacchar
lactis combuſtum et calcinatum ex libra int
non niſi grana viginti quatuor cinerum ilco
praebet; cryſtalli vltimae cryſtalliſationis, ac
ac muria, itidem pauciſſimum alcali fixum,
praeterea partem aliquam ſalis febrifugi offe
Tandem experimenta quaedam ad demonſtran
ſummam ſimilitudinem ſacchari lactis et comm
ſacchari candidi. Lactis vaccini menſurae (p
viginti quinque ad ſiccitatem inſpiſſatae ac
combuſtae, carbone elixato praebent mate
ſalinam ponderis nouem drachmarum cum qu
ginta octo granis, ex quibus Noſter ſeſquia
mam vel drachmas duas ad ſummum alcali
vegetabilis obtinuit: reliquum erat ſal febri
Hae experientiae repugnant Cl. BAVME, qui ex
lactis vaccini verum ſalem marinum ſe obti
tradidit *).

De amylo Cl. BECCARI, qui primus illud
mice diſquiſiuit **), eo potiſſimum fine, vt
cum ſubſtantia glutinoſa cerealium compa
quodammodo deceptus eſt, quum in vtroque
plex oleum, leuius et grauius, ſe detexiſſe tr
eo diſcrimine, vt in amylo acidum, in ſubſta
glutinoſa alcali volatile adiunctum eſſet: ſiqui
ex mente Noſtri amylum nonniſi oleum grane
ſubſtantia gelatinoſa nonniſi leue, ſpirituì alca
volatili ſupernatans, largitur. Experimentis c
didicit, in eodem vere ineſſe ſubſtantiam dul
nutrientem, eamque ex ipſo maximam pa
compoſitionem panis ingredi.

Glu

*) Manuel de Chymie p. 426. Elemens de Pharm
ſecond. edit. p. 211.

**) Inſtit. Bonon. v. comm. noſtr. Vol. II. P. I. p. 122 ſeqq.

Glutinoſa haec ſubſtantia, quam hucuſque tan-
in farina cerealium praeſentem crediderunt,
rions, a Noſtro vegeto animalis vocata, in aliis
am-vegetabilibus adeſt, modo admodum ſimpli-
demonſtranda; in lac tranſit, et eiusdem par-
caſeoſam conſtituit; et haec ipſa pars, a lacte
parata, ſubſtantiam glutinoſam farinae iterum re-
t. Vtraque igitur ſubſtantia adeo vna eadem-
eſt, vt ea ex farina etiam odorem caſei referat,
od iam ex obſeruatione Cl. KESSELMEYER
ocuit.

Vnciae duodecim formicarum nonniſi vnam
ad ſummum duas guttas olei eſſentialis deſtilla-
me, neque maiorem copiam expreſſione obtule-
t; an copia eius in regionibus magis borealibus
maior, quia in his maior arborum reſinoſarum
ia? Ex apibus et muſcis acidum et oleum
ntiale prorſus nullum, ſed tantum alcali vola-
Noſter obtinuit, et ſi ex apibus vmquam acidi
quam obtineretur, id potius a deglutito melle
iandum putat. Faecula ſeu pars viridis tin-
plantarum, quam frater Cl. Auctoris primus
cit et cum reſina comparauit, vere reſina non
licet in menſtruis oleoſis ac ſpirituoſis ſoluа-
, ſed igne nudo tractata, producta materiis ani-
ibus ſimilia praebet. Ex aliis plantis v. c. rore
rino, ſicca et acida obtinetur, ex aliis v. c. cicu-
, mollis et flexilis, reſinae recenter praecipita-
ad inſtar.

J. Cl. LE NICOLAIS DV SAVLSAY *duas ob-* p. 266.
*ſeruationes de polypo vteri communicat*: alter erat
ſſitie oui gallinacei, ſed longior; alter ad mini-
duplo maior: deligatio in vtroque adeo fe-
euentu adminiſtrabatur, vt ſanitas ambarum
rum, multum iam labefactata, in integrum

reſtitueretur, adeoque altera poſtea infantem ſ
vum et vegetum pareret.

Sub finem Cl. LEVRET invitat ad ſolu
dam quaeſtionem chirurgico legalem: fem
partui proxima chirurgum aduocari iubet, c
brachium fetus prodiiſſe inuenit, in quo m
vitae ſigna detegere poteſt; poſt multos i
tos labores illud reponendi et partum agrippa
efficiendi, matre interea ad incitas redacta, qu
placentam ſolutam ſuſpicaretur, ideoque prae
tiſſimum periculum pertimeſceret, vrgente i
marito tandem brachium amputat, fetum vna c
placenta, vti praeuiderat, ſoluta, funiculo ci
circumiecto, extrahit, et adeo fauſto cum ſucc
operam ſuam adhibet, vt et matris et fetus v
ſeruaretur. Quaeſtio hinc exiſtit, num chirur
ob id auxilii genus taxandus ſit, aut a patre ad
ſtentationem mutilati infantis cogi queat?

p. 336. Cl. LEVRET hunc chirurgum defendit, qu
id nonniſi praeſentiſſimo periculo prius expo
et conſtanti demum patris deſiderio adactus, h
operationem ſuſceperit *).

p. 275. 6. Cl. SYLVESTRE *de fractura brachii.* Ho
inuenis adhuc et robuſtus, truncum arboris a
ru dimoturus, ab hoc delabente ita laedebatur,
humerus ad pollciis diſtantiam ab articulatione
periore frangeret, extremitate vtraque fracti
per brachium tranſeunte et pectus ipſum lac
te,

*) vid. proluſionem academicam, de mortis ſig
attente explorandis ſpecimen ſecundum. Auc
re ANTONIO GVILIELMO PLAZ Ordi
medici Lipſienſis Decano. Lipſ. 1766. 4.

nimis larga ſuppuratio naſceretur. Chirurgi ſucceſſiue vocati, poſt multos diu incaſſum adhibitos labores, amputationem vrgebant, quae recusabatur; tandem agyrta inconuenienti pinguium fasciae arctioris, egreſſum puris impedientis, applicatione rem eo deduxerat, vt Noſtri auxilium petteretur, qui apertis ſinubus depuratiſque vlceribus, ac reſecto quicquid carie corruptum erat, fracti partes in aptum ſitum reducebat, et iuſto medicamentorum externorum atque internorum (praecipue corticis Peruuiani) vſu adhibito, intra viginti ſeptem dies aperturam primam et tredecim, quas ipſe fecerat, conſolidabat: aeger ipſe per duos adhuc menſes ferulas applicatas geſtabat, et tertio menſe nondum plane elapſo perfecte conualuerat.

Menſe aprili:

1. *Epitome partis ſecundae opuſculorum chirurgicorum* Cl. MORAND *). p. 291.

3. Cl. DELACROIX *funeſtum effectum opii in clyſmate exhibiti* deſcribit. Chirurgus feminae ſexagenariae, alias ſanae, ob colicos dolores clyſma emolliens, adiunctis granis duobus opii (quantum ipſe confitebatur) exhibebat, vnde protinus, obnubilatio capitis, ſopor, rhonchus, pulſus magnus, reſpiratio laborioſa, ſpaſmus maxillae et gulae, tuſſis ab ingeſtis cum ſumma difficultate liquidis, vomitus materiae viridis, abdomen potiſſimum circa umbilicum tenſum, denique pulſus debilis, intermittens, et poſt duodecim circa horas mors ſequebatur. Caſtoreum cum in clyſmate emolliente, p. 313



*) Opuſcules de Chirurgie, par Mr. MORAND. Seconde Partie. Paris 1772. 4.

tum eius tinctura in aqua florum naphae inter
exhibita, vt effectus opii corrigerentur, nihil pr
ſtabat. Cadauer foetorem inſolitum, ac ſi mor
putridus praeceſſiſſet, ſpargebat, et ex ore n
busque ſpuma alba emanabat. Alia femina p
aſſumtam ex errore magnam laudani liquidi do
intra ſeptem horas mortua, elapſis quatuorde
horis cultro anatomico ſubiecta, celerrima put
dinis ſigna exhibuit.

P. 317. 4. *Obſeruatio de grauiditate ventrali*, Auctore Cl. CHARNAVX. Poſt diuturnum morbum, q
durante ſubinde partes oſſium fetus per intes
num rectum excretae fuerant, tandem fem
praegreſſa obſtructione alui pertinaciſſima, mo
batur. Sectione inſtituta, apparebant inteſtina cu
inter ſe, tum cum omento, peritoneo et muſcu
abdominalibus a praegreſſa inflammatione firm
me coniuncta, ileum et colon coloris ex viridi n
gricantis, rectum perforatum, cui inhaerebant int
grum os parietale, et occipitale ac coronale ſing
lum in duas partes diuiſum, quae omnia faecum ex
tum plane denegauerant; cauum abdominis ſan
purulenta repletum; vterus ſanus, profunde in
peluim detruſus, contractus, durus, hydatidibu
obſeſſus; tuba Fallopiana dextra prorſus deſtructa
ouarium ſiniſtrum elongatum, diſtentum, et
omnem fere longitudinem apertum: in hoc erg
conceptionem et formationem fetus factam fuiſſe
vero ſimile eſt, cuius aetatem, quum moreretur, n
oſſium dimenſione intra tertium et quartum men
ſem ponit Noſter.

P. 364. 7. *Obſeruatio de curatione herniae cruralis incarceratae*, Auctore Cl. DOVRLEN. Femina laborioſi vitae generis herniam per aliquot iam dies ce
laueratur

erat, quae interea mira incrementa ceperat; ptomatibus ſummopere auctis, quum per quot dies repoſitio fruſtra tentata eſſet, tandem oſter integumenta incidit, vbi diſciſſa vaſa varico- multum ſanguinis fundebant: ſaccus hernioſus ſus erat, cui omentum adhaerebat; inteſtinum idi coloris multum expanſum erat, quod digitis obus retineri oportebat, quibus ſpecillum incum- ebat, ſuper quo ligamentum incidebatur, quo fa- o ſerum odoris lixiuioſi effluebat, cuius duabus ra menſuris emiſſis inteſtinum reponi poterat, blatis adhaerentiis omenti, et poſtea deligatio ita optabatur, vt effluxus fluidorum in cauo abdo- nis haerentium promoueretur: ſerum lactis um ſyrupo violarum, protinus poſt operationem hibitum, deiectiones bilioſas cum leuamine effi- ebat, et febricula tertio ab operatione die acce- ens, eadem euacuatione praeſtita, euaneſcebat; heumatiſmus poſtea accedens, et inprimis muſcu- s pectoris ac dorſi infeſtans, paregorico verſus peram per duos dies ſumto diſparebat: et ſic fe- ina intra menſem perfecte ſanata fuit.

8. *Obſeruatio de quibuſdam connubiis acidi tar-* p. 369.
*tari cum creta et quibuſdam calcibus metallorum*, Auctore Cl. ROVELLE. Cremor tartari cum creta ura, vel quod melius eſt, cum magneſia ex muria tri praecipitata coniunctus, ſalem neutrum for- mat, vix ſolubilem, cryſtallorum irregularium; remanet tamen pars quaedam, non combinata cum acido tartari, quae fere penitus ope aceti vini inde ſeparari poteſt. Similia fere phaenomena combi- natio acidi tartari cum calce plumbi praebet, inde ſaepe gelatina pellucidiſſima oritur. Contra ſi tar- tarus emeticus ex cremore tartari et vino antimo- nii paratur, pars quaedam alcali fixi in tartaro la-

tentis eo ipso momento, quo cum sulphure a
monii se coniunxit, iterum separatur, et in li
superstite deprehendendum salem medium f
mat; similiter acidum tartari liberum reddi
cum portione quadam calcis antimonii rursus i
gitur, et itidem salem neutrum constituit. A
rursus phaenomena ex coniunctione cremoris
tari cum ferro obtingunt, quorum enarration
alii occasioni reseruat Cl. Auctor. Tartarus al
crudus minus alcali fixi et plus terrae, quam
ber, largitur; haec terra parum argillae contine

P. 373. 9. *Experimentum de regeneratione cremoris*
*tari ex acido ipsius*, Auctore Cl. ROVX. Crem
tartari sal acidum nitrosum, absque addita cr
soluto, liquor acidus super crystallis ex acido n
et alcali tartari formatis natas, qui aqua parum
lutus affuso alcali vegetabili liquido efferuescit,
puluerem album copiosum demittit, qui post
verum cremorem tartari regeneratum sistit; l
quor supernatans euaporatus paucas crystallos t
tari, et aliquot crystallos veri nitri largitur.

P. 374. 10. Cl. MARCHAN in femina, cui ante trien
nium in vtroque oculo cataracta deposita fuer
vidit iridem et vueam dextri oculi plane destru
ctam, pupillam figurae oualis et iusto maiorem
lentem diuisam, cuius fragmenta aeque ac humor
vitreus, inflammatione interna opacus redditus, c
meram anteriorem implebant; oculus sinister vero
non vitiatus, sed ab ascendente iterum lente vi
suo priuatus, eius extractionem permittebat, quae
etiam ita feliciter peragebatur a Nostro, vt sectio
ne corneae vix facta lens egrederetur, et aegrae
visus restitueretur.

Mense

Menſe maio:

1. *Epitome operis cuiuſdam* Cl. GARDANE *). p. 387.

2. *Epitome* PAVLI IOSEPHI BARTHEZ, Med. p. 393.
Prof. Reg. *orationis academicae: de principio vitali hominis* cet. **).

3. Cl. RICHARD *fetum monſtroſum* deſcribit. p. 405.
Femina in iuſto partus tempore in lucem edebat filium bene conformatum, et duas filias inter ſe coalitas, omnes viuentes: haec coalitio a parte anteriore colli incipiebat, ita vt antrorſum vnum pectus et vnum abdomen vſque ſub vmbilicum conſpiceretur; vnicum ſternum, vnicus funiculus vmbilicalis, poſt ingreſſum in abdomen diuiſus, duplex hepar, quatuor renes, duplex canalis inteſtinorum. Viſcera thoracis et ventriculus ablata erant a chirurgo, qui cadauer ex ſepulcro effoſſerat. Duo capita faciebus ſe reſpiciebant; collum a poſteriore parte duplex; duplex etiam ſpina dorſi; partes infra vmbilicum perfecte ſeparatae; duo brachia ſitu naturali, ſed inter duplicem ſpinam dorſi tertium, duplici metacarpo manuque inſtructum, ita, vt pollex dexter ſiniſtrum attingat. Monſtrum hoc Auctor Noſter Cl. BON-AMY transmiſit, qui illud delineandum curauit et in ſpiritu vini conſeruauit.

4. *Epiſtola* Cl. DVBOSA DE LA ROBERDIERE *ad* Cl. LE GAVDV DE CHEFDVBOIS, *ſuper effectibus ſuppreſſionis menſtruorum.* Virgo chlorotica, p. 409.

*) Manière ſure & facile de traiter les maladies vénériennes; par I. I. GARDANE cet. à Paris 1773. 12.

**) Prodiit Monſpelii 1773. 4.

tica, menſtruorum ſuppreſſione per ſex menſes
borans, cephalalgia atroci cum ſudore totius
poris corripiebatur, quibus poſt paucos dies
acutus omnium membrorum accedebat, praec
ſimul ponderis ac doloris ſenſu in hypochon
ſiniſtro: Noſter aduocatus *pulſum criticum ſu*
*praenunciantem* animaduerſus, a venae ſectione
ſtinebat, et copioſum potum ex decocto hor
acidulato, interpoſito infuſo florum ſambuci, pr
ſcribebat, membraque pannis calidis inuolue
praecipiebat, aluumque clyſmate, altero die r
tito, liberam ſeruabat. Tertio die dolores
crudeſcentes, pulſus contractus et frequens,
nae ſectionem exigebant; prioribus remediis ve
ri pediluuia addebantur. Altero die aluus infl
rhei et manna ſollicitabatur, vnde aliquot deiec
nes bilioſae efficiebantur: ſed breui poſt anxie
tes ſummae, dolor in regione epigaſtrica ſemp
increſcens, ac denique vomitu ſanguinis nigre
tis, foetidi, quem poſtea liquidus et roſeus excip
bat, ſequebantur. Idem vomitus altero die re
bat, ſed, hoc finito, omnia ſymptomata, adeo
dolor et tumor articulorum, ceſſabant. Ind
a purgatione pulſus, exceptis momentis anxietat
*inteſtinalis* erat, et tertio die *ſuperior* reddeba
ad *pectoralem* accedens, et tunc tuſſis, a praeceden
te die adeo acris, vt reſpiratio a materia corroden
te interciperetur, et potione oleoſo dulci et muc
laginoſa indigeret, vere ſputum coctum reddebat.
Tertio die *inteſtinalis* redibat, cum torminibus e
deiectionibus bilioſis; repetita demum purgatio
morbum terminabat. Ex his omnibus Noſter ve
ritatem diuerſitatum pulſuum a Cl. DE BORDEU
ſtabilitarum demonſtrat.

5. Cl.

5. Cl. BERNARD - DESCARIERES ſuppreſſio p. 416.
menſtruorum purgantibus, amaris, martialibus et plurimis huius cenſus remediis fruſtra impugnauit: denique aquam martialem artificialem ſalis Epſamenſis ʒiij, vitrioli martis gr. xj et aquae puriſſimae. ℔ j parauit, quam euacuatis primis viis, primo die ad dimidiam, et ſequentibus diebus ad integram doſin exhibuit, vſu continuato, quam diu neceſſarium videbatur; addito regimine aliorum fontium medicatorum vſu ſollemni, et plurimo exercitio corporis. Eodem quoque medicamento in aliis morbis, qui eiusmodi ſoterias poſcebant, cum inſigni ſucceſſu vſus eſt.

6. Cl. THOMASSIN *obſeruationem de luxatione* p. 422.
*carpi cum ruptura ligamenti* communicat. Puer in lapſu ab equo carpum ſiniſtrae manus extrorſum conuerterat, ita vt extremitas inferior radii per tegumenta in parte interna carpi, inter arteriam radialem et coniunctionem tendineam flexorum carpi et digitorum emineret, cubito ſub muſculis et prope os vnciforme ſito. Cl. Auctor, poſt viginti quatuor demum horas vocatus, quum omnia vehementer intumuiſſent, vulnus ampliauit, et repoſitione radii facta, ſub extenſione ſufficiente carpum repoſuit, oſſe cubiti durante operatione continuum tenendo, quae vero operatio non minus laboriosa erat, quam dolorifica. Vulnus linteis carptis, ſpiritu vini et aqua imbutis, impleuit, et antibrachio lintea complicata et faſciam octodecim capitum, applicuit, hisque capitibus duas ferulas minores flexiliſſimas, vnam in ſingula facie carpi, interpoſuit omniaque reliquo apparatu firmauit. Grauior tamen inflammatio et ſubſequens ſuppuratio curationem difficilem reddebant, quae tandem

dem

dem poſt duos menſes, nulla tamen accedente foliatione, praeſtabatur, ita vt liber motus et tantum tumor ſatis manifeſtus, ſed moleſtus rens, ad extremitatem radii relinqueretur. Ex caſu ſimul Cl. PETIT ſententia refutatur, qui ductionem oſſium cubiti impoſſibilem exiſtim

p. 426. 7. Cl. BOVNENNE in milite vulnus ſclop rium, quod per totum collum veſicae vrinar tranſierat, ita vt glans, ſuper ſymphyſi oſſium bis ingreſſa, inter tuberoſitatem oſſis ilei et phyſin tranſuerſam vltimae vertebrae lumbor exiiſſet, feliciter intra tres menſes ſanauit. Cat terem nonniſi poſt ſex ſeptimanas, inflammat et tumeſcentia prorſus diſſipatis, applicare ideo vrinam, quae per totum hoc tempus tantum vulneribus effluxerat, in viam naturalem redu poterat. Quod finem curationis retardabat, exigua portio oſſis pubis, qua educta cicatrix b claudebatur. Hoc in caſu vrina in contextu cel loſo non effuſa erat, qua liber ei ex vulneribus tus patebat: prius autem ſi vmquam continge nullo alio auxilio locum eſſe monet Noſter, qu punctura veſicae in perinaeo, quum tunc tempo ris, turgentibus partibus omnibus, catheteris a plicatio impoſſibilis reddatur.

p. 432. 8. *Epiſtola* Cl. MARTIN *ad* Cl. PIETSCH, qua duabus adductis obſeruationibus monſtrat, me thodum BELLOSTII oſſa denudata perforandi rum exfoliationem non praeuertere, et nonniſi ſe parationem poſtea alio inſtrumento (*tire-fond*) fa cipiendam adiuuare. In tranſitu quaedam addit de abſceſſibus profundioribus, qui inciſi nonniſi cor ruptum ſanguinem fundunt, quos ideo decubitus ſanguineos (*dépôts ſanguins*) vocat.

9. Cl.

9. Cl. POVPART ad epiſtolam Cl. TOVTANT, p. 437.
ſe Septembri ſuperioris anni huic diario inſer-
, reſpondet, et efficacitatem aquae vegeto mi-
is GOVLARDI aduerſus ophthalmias duabus ob-
tionibus confirmat. Simul monet, aërem tem-
atum ſalubriorem eſſe, quam topica vulgo ocu-
imponi ſolita, ſeque raro eoſdem obtegere, ſi in-
mati fuerint.

10. *Epiſtola* Cl. IANIN *ad* Cl. PELLIER, qui in p. 440.
io *la Gazette ſalutaire* dicto, illum et Cl. BA-
IN ad probandam methodum, qua in cura-
ne guttae ſerenae vtuntur, prouocauerat. No-
promiſſum, iam in celebri illo libro *) factum,
petit, ſe pluribus experimentis captis omnem
nc curationem communicaturum: ſimul autem
onet, ſuam methodum differre ab ea, qua Cl.
ELIN vtatur; ſanguinis miſſionem vel ſemel
ſtitutam, multo magis repetitam, periculo non
ere; machinae electricae applicationem cepha-
gam intolerabilem inducere, quod ipſum Cl.
SAVSSVRE coegit ad abſtinendum a curatione
minae amauroſi laborantis, referente Cl. BER-
HOLON in diario prius adducto.

11. Cl. MARCHAN *obſeruationem ſuper la-* p. 445.
*pitholmia* communicat. Morbus poſt abſceſſum,
turna ſuppuratione magnam ſubſtantiae palpe-
ae partem abſumente, enatus erat. Noſter ab
gulo oculi minori ad maiorem, inter ſupercilium
tarſum, inciſionem ſemicircularem efficiebat, et
eodem vulnere quater vel quinquies repetebat,
donec

*) Mémoires & obſervations ſur l' oeil cet. cuius re-
cenſionem vid. in comm. noſtr. Vol. XVIII. pag. 238 ſeqq.

donec tarſi vtriusque palpebrae ſe tangerent, [illegible] neri puluillos ex ſaturato decocto malua[illegible] preſſos immittebat, et accedentem ſuppura[illegible] vnguento baſilico iuuabat, motuque requiſito [illegible] riſque auxiliis adhibitis palpebram in ſitum ſ[illegible] naturalem reſtituebat.

P. 449. 12. Gl. ROVELLE *obſeruationes ſuper aëre eiuſque effectibus in aquis quibuſdam mineral[illegible]* Repetiit, et eodem quidem cum ſucceſſu, [illegible] menta Cl. PRIESTLEY in tranſactionibus [illegible] loſophicis publici iuris facta*), ſub finem vero [illegible] ſtationis huius dolet, ſe ſingularem celeber[illegible] huius viri librum **) iuſto tardius conſpe[illegible] quam vt eodem vti potuerit. Loco limatura[illegible] ri, quum hoc in ſtatu metallico raro admodu[illegible] natura occurrat ad conſtituendas aquas mar[illegible] adhibuit mineram eius, adeo quidem macram, [illegible] vix a magnete attrahatur, item crocos martis [illegible] tamen effectu, ſimili ei, quem a limatura ferri [illegible] tinuiſſe Cl. LANE, prodidit Cl. PRIESTLEY. [illegible] por ex ſolutione ferri per acidum ſalis ortus, [illegible] flammabilem indolem diu ſeruat, et nonnih[illegible] cillime et quoad minimam partem cum aqu[illegible] coniungit, eidem tamen odorem fortiſſimum [illegible] putridi communicat; idem vapor ex ſolutione [illegible] ri per acidum vitriolicum aeque difficulter [illegible] aqua ſe vnit, ſed absque eiusmodi odore. Du[illegible] eſt ergo aër fixus, alter purus, ex combina[illegible] acidorum cum alcalinis calcareisque ſubſtan[illegible] liquoribus fermentantibus, et ex carbone eud[illegible]

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXI. pag. 89 ſeqq. [illegible] 453. 600.

**) ib. pag. 126 ſeqq.

er inflammabilis, ex praecipitatione hepatis ſul-
uris per acida, et ex ſolutionibus ferri et zin-
per acidum vitriolicum et ſalis marini oriundus,
um tranſiens, ſine eo, vt cum ea miſceatur, aut
mmabilitatem perdat, ac demum eidem ſapo-
m et odorem hepatis ſulphuris tribuens. Com-
atio duplicis huius aëris cum illo, qui ex aquis
eralibus frigidis exit et cum illo ſulphureo,
et thermis v. c. Aquisgranenſibus cet. exhalat,
dto voto, vt chemici prope ſcaturigines ha-
thermarum curatius inquirant in harum exha-
num indolem, num vel inflammabiles ſint,
in reliquis proprietatibus ſatis cum ſecunda
ie ante adducta aëris euoluti ſeu fixi conue-
nt. Simili modo mephitides duplicis indolis
rehenduntur. Vaporum hepatis ſulphuris vio-
am in ſe ipſo expertus eſt Cl. Auctor: reſpira-
protinus intercipiebatur cum ſenſu dilatationis
intolerabilis ſimul ſtricturae pectoris; in aëre
ro reſpiratio denique, ſumma vi adhibita, libera
tinebatur, relicta tamen per totum reliquum
m oppreſſione et capitis grauitate.

13. Cl. MARIE refert, nobilem ſtatim poſt P. 465.
dium aliquot vulnera accepiſſe, inprimis
m in regione epigaſtrica, et aliud in pectore,
trumque non admodum magnum. Sine mo-
is ſymptomatibus, excepta debilitate, primae
effluebant: ſed media nocte, quum aliquot
ulcaria olei amygdalarum dulcium ſumſiſſet,
moleſtia alimenta copioſa, cum inſigni copia
guinis nigri congrumati euomebat, praeſente
l febre et dolore ac tenſione ab epigaſtrio vſ-
ad os pubis. Clyſma protinus iniectum mul-
materias indigeſtas, ſtriis ſanguineis remiſtas,
cabat, quae vero in effectu ſubſequentis cly-

ſmatis aberant; ſanguine poſtea miſſo febris ſ
die euaneſcebat, et aeger poſt octiduum ſanatur
Hanc ſanguinis excretionem Noſter potiſſimum
mis abdominalibus, ab ingratis animi affectib
citatis, quibus vas aliquod ſanguiferum diſru
fuerit, curationem vero ſanguinis iacturae
vulnera inflicta adſcribit.

p. 469. 14. Cl. THOYER *obſeruatio chirurgica de*
*re capitis cum fractura cranii*, quod lapis deci
in regione media, inferiore et laterali latera
tri oſſis coronalis inflixerat: agyrta accedens
nus dilataturus, arteriam temporalem diſci
ſucceſſu tamen temporis in aegro, alias robu
vegeto, ſolo eleuatorio admoto, varia fragm
oſſis frontis et ſquamoſi ſecedebant, adeo ut
mater denudaretur: omnia tamen intra duos
ſes cum dimidio perfecte conſolidabantur.

p. 576. 15. Quum in praecedente menſe Cl.
omnes eos prouocaſſet, qui remediorum ad
lumbricos in ventriculo haerentes notitiam
quorum ſilicum, eos ex terra argillace
rea et martiali iunctis inter ſe ortos eſſe
que tum quod in ſimili lapide inueniantur
quod petrefacta conchylia in ſilices quo
tentur, probat. Iam vberius deſcribit
cryſtallos, earumque figuram ſimulque
formationis, quae in globis agatorum
duntur, atque filamenta diuerſi coloris, quae
muſci petrefacti haberi ſolent, recte a
aliis terreſtribus particulis, quae rimas
deriuat: vbi et multa bene diſputat de aliis
peregrinis corporibus.

p. 228. Deinde modum indicat Cl. Auctor, quo
illio poliatur, atque ad vſus adaptetur,
operi ſeruientia inſtrumenta et mole
ad ſecandos agatos inſtructas deſcrip
iconibus illuſtrat: quae quidem Lectori
genda commendamus.

p. 272. Montes inter *Oberſtein* et *Coblenz* compo
tur ex ſchiſto argillaceo, varii coloris, qui
componitur, atque ſic culturae ſolum ſit
tegitur idem quarzeo ſaxo, Brecciae ſilicea
p. 276. In eadem via ſunt etiam aquae minerales.
tit hic Noſter, regionem in altero latere
num, quam alio tempore luſtratus eſt, huic
no eſſe ſimilem.

p. 284. Non procul ab vrbe *Coblenz* prima ſigna
praeſentium vulcanorum apparent. In campo
enim vici *Andernach* etc. fruſta Pumicis,
Baſalts,

terra *Tras* dicta diſperſa ſunt, atque ex
aedes domusque exſtructae ſunt. Ter-
in iis locis *Tufſtein* vel *Duckſtein* appella- p. 289.
itur in plano campo, decem vſque ad
decim pedes ſub ſuperficie telluris, quae
illam fertilis eſt: eſt maſſa ratione conſiſten-
media inter terram et lapidem, poroſa, et
leuis, quae ſiccata ſonitum edit, aquae
ſtridorem excitat. Quo magis poroſa,
ior habetur. Coloris eſt griſei, in flauum,
unum nonnunquam inclinati. Inde, quod
commixta eſt, apparet, eam eſſe produ-
ignis: quod confirmant ſcoriae poroſae, vi-
virideſcentis et coerulei fruſtula. Praeterea
micae et quarzi albi opaci grana, etiam ba-
ſeu potius *Schoerli* Germanorum fila, atque
ginea nigra grana in ea continentur. Hanc
*Tras* tegit argilla ſerene griſea. Vſus illius
vt pulueriſata, et cum calce extincta et aqua
mixta ad aedificandos muros, et aedificia alia,
aërisque vi obnoxia adhibeatur *). Putat
hanc terram olim ex montibus igniuomis
lam eſſe, atque per planitiem diſperſam. Nam
montes ſteriles ſunt, nudi, et vnus eorum
angustis marginibus praeditus, vt in eius ca-
mine montis igniuomi crater adfuiſſe videatur,
od tamen Cl. Auctor certe definire propter tem-
is breuitatem non potuit. Verſus vicum *Nie-* p. 298.
*mannich* ſabulum viam tegebat, quod ſcoriis va-
coloris, ſchoerlo et granis ferreis, ſchiſtique fru-
diminutis conſtabat, quodque iterum effe-
Vulcani videtur. In vico iam dicto copioſe p. 301.

R 2 foditur,

*) cf. ea, quae b. VOGEL in Comm. Gotting. habet. vid. comm. noſtr. Vol. XX. p. 602. et Cl. QVIST in Act. Holm. vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 393.

foditur, lapis niger, porosus, pumice com-
ad molares lapides adhibitus, qui nihil
productum Vulcani haberi potest. Sub
de aliud stratum lauae compactioris pos
ipseque et in aliis locis illius regionis re
Videtur Nostro hic lapis esse CRONSTEDTII
*molaris Rhenanus. Mineralog.* §. 294. Qui
ex genere *Cotis* ad scorias vulcanorum re
p. 310. est. Alio in loco *Bell* dicto, species terr
reperitur, quae cum igni resistat, ad furnos
dos adhibetur. Eandem cum terra *Tra*
consistentiam, non tamen porosa est, ne
micem continet.

p. 318. Denique describit Basaltem, in mont
*Fornich* reperiundum, qui in columnis pe
cularibus pentaëdris et hexaëdris positus e
pra quas Laua solida, ad chalybem scintil
p. 325. basaltis frusta in planitie dispersa sunt. Tra
num e regione oppidi *Vnkel* mons Basalt
mnari plenus reperitur, cuius hic data el
Columnae Basaltis vario modo, vel iuxta p
diculum, vel oblique, vel transuersim sit
Basaltes est niger, durus et passim ad ch
scintillat; insunt ei crystalli *Schoerli* nigri
viridis; variat prismate vel tetraëdro, vel q
inaequalibus planis instructo, vel hexaëdr
hoc monte etiam Laua grauis, porosa, vel
sis vel in globis animaduertitur. Terra la
basaltem tegens est grisea flauescens, fer
cum acidis, mixta cum aqua tenax fit.
haec montium producta etiam iuxta Rhenum
ipso Rheno extenduntur. Hunc Basaltem
esse productum Vulcani omnia probant. Hic
Cl. Auctor omnes Physicorum de ortu hujus
dis recenset opiniones, a PLINIO vsque ad C.

RASPE.

finem duorum montium, inter *Simmeren* p. 378.
bach sitorum, mentionem fecit, in quibus
strato quarzeo tegitur, quod totum mon-
occupat. Quarzum colore vario est, eique
lis quarzeae innatae sunt.

III.

*chungen auf einer Harzreise nebst einem Ver-
die Höhe des Brokens durch das Barometer
bestimmen. Von* E. A. W. ZIMMERMANN,
*der Naturl. und Mathematik am Collegio
carino. Braunschweig. Im Verlag der fürstl.
Waisenhaus-Buchhandlung. 1775. 8. 4. Bogg.*

i. e.

*vationes in itinere in Hercyniam insti-
, cum tentamine altitudinem montis
ocksteri barometro definiendi. Auctore*
E. A. W. ZIMMERMANN.

hoc ideo inprimis susceptum est, vt Cl. Au-
altitudinem montis *Brocksteri*, nondum satis
nam, nouo, a Cl. DE LVC composito barome-
quod prae aliis laudem accurationis ab Au-
et aliis accepit, dimeteretur. Per tres dies,
de die vicibus Cl. Auctor, obseruationes
barometro, methodo prima Cl. DE LVC *) in-
quam hic etiam commemorat. Ex omni-
obseruationibus media huius montis altitudo
3' 7" 1⅘": quae ex, quam Cl. HOLLMANN,
102, 8 pedes Parisinos, et MYLIVS, cuius



ratio

*) Vid. RIVED. connoissance des mouvemens celestes
764: recentiorem eius methodum Cl. KARSTNER
descripsit in *Anmerkung über die Marksscheidekunst.*
Giss. 1775. S. 215.

ratio eſt 1349, 373 ped. Pariſin. multo
et cum trigonometrica per RITTER
RIPKING **) facta dimenſione melius
quam illae.

Praeterea inſperſae ſunt variae phyſicam
p. 10. ſtoriam naturalem attinentes res. In ſummo
cteri montis planities eſt ſterilis, omnibus
et arboribus orba. Perill. DE ZANTHIER,
reſtali ſatis clarus, conatur ſenſim a radice
p. 12. incipiens in eo arbores plantare. Etſi
lapidibus auriferis dicuntur, ad fabulas
dentur; tamen tentamine inſtituto in
montis lapidibus, quos vero non
ctor, materiam auriferam per aquam
cohaerentem vidit, quae fuſione auri
Turfa, hic copioſiſſima, maximum

Blankenburgi in muſeo Conſiliarii
Cl. FRIDERICI vidit Smaragdum,
priſmaticum, pollicis et quatuor
dinem, et nouem linearum craſſitiem
in lapide quarzeo pyrite obtecto, qui
Philippinis eſſe dicitur.

Baumannianam ſpecum quoque
eius ſtalactitas deſcribit; inter alia
factus lupi vel alius ignoti animalis
ventus eſt.

Poſtea obſeruationes ſubterraneas,
diuerſis Hercyniae, cum barometro

*) EIVSD. relatio hiſtorico-curioſa de iterato
in Hercyniae montem famoſiſſimum
Helmſtad. 1740. p. 18.

**) Sylvae Hercyniae tabulae.

recenſet: ex quibus patet in fodinis fri-
barometro aeque certe, quam dimenſionibus
rum, altitudinem fodinarum definiri poſſe:
certe vero hanc altitudinem indicat baro-
rum in calidis fodinis.

## IV.

le pour ſervir à l' hiſtoire anatomique &
turelle des corps vivans ou organiques,
publiée le 12 Novembre 1774, à la ſeance
publique de l' Academie Royale des Scien-
ces; Par Mr. FELIX VICQ D' AZIR.

i. e.

bula, qua hiſtoria anatomica et naturalis
corporum viuorum ſ. organicorum propo-
ta eſt, coram Academia Regali Scientia-
rum Pariſienſi publicata, Auctore FELICE
VICQ D' AZIR.

Hoc titulo accepimus plagulam, quae totius folii
forma eſt et tabulari, in qua diuiſionem ex diuer-
fabrica interiori totius regni animalis et vegeta-
proponit Auctor: quam cum ad paucos forte
ventura et multas ob rationes notatu digna ſit, hic
Latinis verbis inſeramus.

In prima ſerie ponit capita ſeu genera anato-
ca, quae ex ipſa tabula deinde quoque patebunt;
altera indiuidua, quae tranſitum ſeu vinculum
uerſarum claſſium efficiunt: haec, quoniam ex
iam cognita ſunt, hic tranſcribere ſuperfluum
uximus.

Corpora viua, inquit Auctor
I. corde inſtruuntur, vel II. eodem carent:
A. duobus ventriculis praeditum eſt
1. in Homine, qui vt infans, adultus,
cis ſexus, et ſenex conſideratur.
2. in quadrupedibus, quae
a. vel vno ſtomacho ſ. ventriculo cib
concoquunt: eaque ſunt
α) clauiculata
1. familia. Simia
2. — — Sciurus
3. — — Sciurus Glis LINN.
4. — — Talpa.
β) non clauiculata
1. mediae magnitudinis
1. Lepus et cuniculus
2. Canis 3. Felis 4. Sus.
2. magno corporis volumine
1. Equus ---- Hippopotamus, tra
ſitum facit in amphibia.
2. Elephas et Rhinoceros.
b. pluribus ventriculis praedita
1. cornibus ſolidis. Ceruus
2. cornubus cauis. Bos.
3. in Cetaceis, quae ſunt
1. maxillis edentulis, Balaenae, Auctore
Cl. BRISSON.
2. dentibus inſtructa, in maxilla
a. ſuperiore. Phyſeter,
b. inferiore. Monodon,
c. vtraque. Delphinus.
4. in Auibus,
a. ventriculo membranaceo, aut fere
α) magnae carniuorae, Aquilae
β) carniuorae nocturnae, Strix.
γ) aquatiles fiſſipedes. Ardeae.

b. ventriculo admodum musculoso (*gezier*):
1. tetradactylae, pedibus
α) tectis, et quidem semipalmatis, (s. potius lobatis) Fulica,
palmatis, Anas.
digitis omnibus 4 palmatis. Pelecanus.
β) nudis
1. Ramphastus.
2. Coruus.
3. Parus.
4. Columbae.
5. Didus, Auctore Cl. D'AVBENTON.
2. tridactylae, pedibus
palmatis. Procellaria et Diomedea
fissis. Casuarius.
3. didactylae. Struthio camelus *).

II. uno ventriculo instruitur,
1. in Amphibiis, quae sunt
pedata et testa tecta. Testudo.
tetrapoda, corpore nudo. Rana **).
apoda. Serpentes
2. in Piscibus, qui
a. auricula bullosa, absque pericardio praedita sunt
1. cartilaginei elongati. Squalus.
2. — — plani, depressi. Raia ***).
b. pericardio et appendice, quae formam Lacrymae Iobi imitatur instructi
1. anguilliformes. Congri
2. spinosi, subrotundi, Carpiones s. Cyprini
3. spinosi plani. Esox †).



*) Multa genera et Mammalium et auium desunt, quae sub his comprehendi nequeunt.
**) Cur Lacertas omiserit Auctor, nobis non constat.
***) Multa Linnaeana genera desunt.
†) Sed multa desiderantur. Deinde spinas in Cyprinis et Esoce,

I. C. irregulare ſeu pluribus ventriculis [ditum
1. Inſectis, quae
a. plures metamorpheſes ſubeunt et
α) laruae ſunt
ſimiles inſecto alato, in Hemipt
vermes capite variabili, in coleopt
conſtanti, in Muſcis
erucae, vel raſae ſeu pilis breui
inſtructae in Phalaen
piloſae in Papilione
β) Nymphae ſunt
1 mobiles
α) Semi nymphae, quae non co
dunt. Hemiptera.
β) Nymphae, quae non comed
Tetraptera quaedam **).
2. immobiles
1. chryſalides, inde Lepidopter
2. globi elongati, — Diptera.
Inſecta alata ſunt
1. Duabus alis. Scarabaei ***).
2. quatuor alis. Papiliones.
b. quae vnam tantum metamorph
ſubeunt
cruſtacea Pulex ] aptera.
mollia Pediculus ]
2. Vermibus; hi ſunt
a. Tecti
1. Glabri ſine vlla eminentia. Chit
(*Oſtabrion*).

I. C.

Eſoce, qui etiam planus non eſt, nos nulla
ſcimus. Radios ſane pinnarum ita nomi
poſſe multum dubitamus.

*) Multas ſane erucas Phalaenarum piloſiſſ
conſtat.

**) Optandum eſſet, vt haec nominaſſet Au

***) Quid ſibi velit hic Auctor, nos latet.

a. 1. 2. tentaculati, et quidem tentaculis
1. duobus. Conchylia aquatilia
2. quatuor - - - - - terreſtria et marina
3. pluribus. Echini (Ourſins).
3. tubis inſtructi Cardia (*Coeurs*)
cochleae vel operculatae, vel non operculatae
b. conchae biualues
multiualues
4. paniculati. (*Pouſſe-pieds* †).
b. Nudi
1. tentaculati. Limax.
2. glabri.
1. longi, teretes. Lumbricus,
2. longi, compreſſi. Taenia,
3. breues, compreſſi. Vermis cucurbitinus *).

ur non eſt cognitum: eaque
1. ſe ex loco mouere poſſunt. Polypi.
2. nudi.
1. Vorticellae.
2. Hydrae. 3. Tubulariae.
b. tecti.
1. Magnus polypus borealis **).
2. Corallia.
3. Corallina.
4. Lithophyta.
5. Milleporae ***).
6. Spongia. 7. Alcyonia.

II. 2.

*) Hoc nomine forte conchas valde compreſſas intelligit. Auctor hic fallitur, quod ex partibus Taeniae diſruptis nouam familiam conſtituat: Omiſſi etiam ſunt multi vermes nudi. [LINN.

**) Sine dubio intelligit Auctor *Vorticellam Encrinum*.

***) Madreporas, Tubiporas, et alia huc pertinentia animalia omiſit Auctor.

II. 2. quae loco ſe non mouent. Plantae.
a. mono — vel dicotyledones.
1. Herbae.
2. Frutices. 3. Arbores.
b. acotyledones.
1. Fungi.
2. Algae.
3. Muſci et plantae paraſyticae.
4. Lycoperda. (Truffes).

Hoc reſpectu diuiſis corporibus viuis, reliqua[rum] functionum diuerſitatem etiam generali aliquo m[odo] conſiderat. Et primo quidem

Nutritionem, quae fit
1. in contextu cellulari, vaſis chyliferis [et] lymphaticis in quadrupedibus, cetaceis, [*Monodonte*], etſi hic fere nihil cognitum [habe]auibus, vt Struthione, et Meleagride, [in] quibuſdam amphibiis. Phocas huc [refert] Auctor, quae vero ſunt quadrupeda.
2. in contextu cellulari, arteriolis et venulis, in Reptilibus et Piſcibus.
3. in contextu cellulari et vaſis capillaribus, Plantae.
4. in ſolo contextu cellulari. Polypi.

Quoad Generationem ſunt.
1. Viuipara, quadrupeda, cetacea, quaedam Inſecta et quidam Vermes,
2. ouipara; atque tunc
a. oua vel in vtero matris vel ſtatim post partum euoluuntur: Plura amphibia, [et] piſces cartilaginei.
b. oua poſt quoddam ab egreſſu [ex] euoluuntur: Aues, Amphibia [quae] da, et plura apoda. Piſces, [Inſecta] Plantae.

3. Gem-

3. Gemmis se propagantia. Quaedam Insecta *). Vermes aquarum dulcium. Polypi. Plantae.

Irritabilitatis differentiam ita indicat

1. Totum Corpus est contractile. Polypi. Insecta s. potius Vermes, praesertim molles, Dactylobi KLEINII.
2. Musculi sunt externi. Quadrupeda. Cetacea, Amphibia, Pisces.
3. Musculi sunt interni in Vermibus crustaceis.
4. Vix quibusdam partibus est contractilitas, in Plantis.

Secretiones sunt

1. Salivae, in Quadrupedibus
2. Bilis, et quidem
   1. in hepate et vesicula fellea: Quadrupeda, Aues, Amphibia et Pisces.
   2. In hepate sine vesicula fellea. Quaedam Quadrupeda, Aues et Amphibia; Insecta et Vermes.
3. Vrinae,
   a. in renibus et vesica. Quadrupeda, fere omnes pisces, plura Amphibia.
   b. in renibus absque vesica. Aues, quidam Pisces, et quaedam Amphibia.
4. Liquoris seminalis: haec in omnibus classibus fit.
5. Olei plus minusue aromatici: quaedam Quadrupeda, Pisces et Plantae.
6. Veneni; in Amphibiis cartilagineis, Insectis et Plantis quibusdam.

Haec corpora respirant



*) Haec non cognoscimus.

I. a. in pulmonibus,
1. ſimplicibus. Amphibia,
2. compoſitis. Quadrupeda,
3. communicantibus cum ſceleto. A
b. in tracheis; Inſecta et Vermes.
nominat D' AVBENTONVM.

II. Aerem et aquam, per pulmones et ſpir
Cetacea.

III. Aquam per branchias. Piſces et multi Ver

Quoad oſſa, corpora viva
1. Sceleto ſuffulciuntur
1. interiore: Quadrupeda, Cetacea, A
Amphibia, Piſces et Plantae.
2. exteriore, Inſecta et Cruſtacea.
3. intus et extus: Teſtudo.
2. ſceleto carent. Inſecta mollia, Ver
Polypi.

Sceleton eſt
1. oſſeum in Homine, Quadrupedibus, C
taceis, Auibus et Piſcibus ſpinoſis.
2. cartilagineum, in Amphibiis, Piſcibus
tilagineis et anguilliformibus.
3. corneum in Inſectis, Cruſtaceis, Li
phytis et Corallinis.
4. Cretaceum in Conchyliis, Milleporis
plurium Polyporum tegmentis.
5. ligneum in Plantis.

Digeſtio fit
1. vno vel pluribus ventriculis, qui
quis inteſtinis bene diſtinguitur: Q
peda, Cetacea, Aues.
2. Ventriculo, parum a canali inteſt
diſtincto: Amphibia, Piſces, In
Vermes.

3. ſolo

3. ſolo in Ventriculo. Polypi.
4. neque in inteſtinis, neque in Ventriculo, Plantae.

ſenſibilitatis reſpectu, inſtruuntur

1. Neruis et cerebro: Quadrupeda, Aues, Cetacea, Amphibia, Piſces.
2. Cerebro et minimis neruis, Inſecta.
3. nullo cerebro, vix neruis cognitis, Vermes.
4. neque neruis, nec cerebro: Polypi et Plantae.

Eſſ multa contra hanc tabulam poſſint oppo- et plures exceptiones fieri debeant: nos tamen omnibus iſtis abſtinemus et Lectoris iudicio ea mittimus.

## V.

mus botanicus Vindobonenſis ſeu plantarum rariorum, quae in horto botanico Vindobonenſi, Auguſtiſſimae MARIAE THERESIAE munificentia regia in vniuerſitatis patriae excellens ornamentum publicamque vtilitatem exſtructo, coluntur, icones coloratae et ſuccinctae deſcriptiones, cura et ſumptibus NICOLAI IOSEPHI IACQVIN, Botanices Profeſſoris. Vindebonae, Typis Leopoldi Ioannis Kaliwoda, Aulae imperialis typographi. Centuria I. MDCCLXX. fol. plagg. 11. tabb. aen. C. Centuria II. MDCCLXX. plagg. 13. tab. aen. C.

e cognitio legitima rariorum plantarum in rei herbariae augmentum cedat, neque earum memoria pereat: ipſarum delineationes et deſcriptiones

nes in hoc opere botanicis offert Cl. Auctor. F
ris exactiſſimis ſtirpes magnitudine naturali
bet, et tantam quidem earum partem, ut ad
inde habitum concludi commode queat,
ipſis radicibus. Singulas etiam fructificationis
tes microſcopio interdum auctas, cum nec
erat, ſeparatim depingi curauit: ſummam impen
pingendis et delineandis et colore viuo omn
plantis adhibitam eſſe icones ſplendidiſſimae
cienter demonſtrant. Quum earum hoc o
pauci ement: centum et ſexaginta duo exempl
imprimi curauit, coloranda omnia, neque
tabulis aeneis iam deletis, impoſterum impri
tur. Quare cum rarum futurum eſt hoc o
botanicis gratam fore paullo ampliorem,
recenſionem ſperamus.

Tab. I. *Roſa bicolor*, cuius ſynonymon
Auctor reperire non potuit: eſt tamen iam a
LERO *) et DV ROI *Roſa punicea* **) dicta.
petalorum in pagina aduerſa ſulphureus; in p
vero eleganter miniatus. Rami ſunt glabri,
leis rectis, ſparſis armati.

Tab. II. *Iris ſambucina*. LINN. Pollen
rarum albicat. Germen teres, leuiterque
catum, lineis virentibus ſenis notatur.
variat.

Tab. III. *Senecio verbenaefolius*, quem
ptiacum alii nominant; pertinet is ad *Senec*
*floſculoſos* LINNAEI, a vulgari differt calyc
non ſphacelatis; Senecioni trifloro ſimillim
illi radiatus flos eſſet. Caeterum planta eſt
rima, et annua.

Tab. IV. *Boerhavia ſcandens*. LINN.
Cl. Auctor in pluribus inſulis Caribaeis,

*) vid. Eius diction. 12.
**) vid. comm noſtr. Vol. XIX. p. 545.

ne in insula Curacao inuenit, in ruderibus la-
is laetius vegetantem. Flores ex viridi flaue-
t, staminibus binis vel ternis praediti. Nun-
vnicum stamen obseruauit Noster. Fructus
culis superne capitatis et asperis circumda-
Aestatem in nostris terris sub dio commo-
non agit.

Tabula v, et vi. *Boerhaavia erecta*, quae in
ernaculis plerumque annua est, staminibus 2,
mis, stigmate rubello magno capitato obtusissi-
filamentis paullo longiore instruitur. Dium
bene fert.

Tab. vii. *Boerhaavia hirsuta*, LINN. syst. veg.
p. 50. foliis glabris margine pilosis, ouatis,
to vndulatis, petiolatis oppositis; floribus
pureis, filamento vnico.

Tab. viii. *Aster Pannonicus*, glaber, caule
ti, suberecto, foliis lanceolato linearibus, flori-
corymbosis, coeruleo purpurascentibus; foliis
illissimis, ab *Astere acri* distinguitur.

Tab. ix. *Cucumis Prophetarum*, quae foetorem
rgit nauseosum: fructus amaritie colocynthi-
non cedunt.

Tab. x. *Passiflora serratifolia*, LINN. stipulis
ribus acuminatis, petiolatis, quatuor glandulis
fructis, floribus pallide purpurascentibus.

Tab. xi. *Solanum pseudolycopersicum*, quod ra-
mis simplicibus et baccis flauescentibus villosis,
*lycopersico* differt, quod racemos bifidos, bac-
rubicundas glabriores habet.

Tab. xii. *Solanum Aethiopicum*, LINN. quod in
folii media vtrinque, tum in ramis et calyci-
aculeis munitur, quos in Suecia nullos obser-
LINNAEVS.

Tab. xiii. *Solanum verbascifolium* LINN. In
montosis insulae Martinicae crescentem
vidit

vidit hanc arbuſculam comoſam, inermem, hu
nam altitudinem ſuperantem, truncoque ſuffu
craſſitie brachiali: in America Nouembri flore

Tab. XIV. *Solanum igneum* LINN. huma
altitudinem cultum ſuperat: fructum tulit,
magnitudine, flauicantem: truncus, rami, et
liorum coſtae aculeis obſidentur; folia ſunt lan
lata, iuniora villoſa, adultiora glabra.

Tab. XV. *Scabioſa diuaricata*, annua, caule te
ſcabro, ramoſo, patentiſſimo; foliis pinnatifi
lobis extimis obouatis dentatisque, in reliquis
neari lanceolatis integrisque: floribus eſt imu
crum polyphyllum, inaequale, piloſum, cor
duplo longius: floſculi pallide purpuraſcunt,
mina corollam non ſuperant, germen eſt villoſu
Perianthium in 5 ſetas fuſcas rigidas, cor
duplo longiores abit. Fructus ſimilis eſt *Scabio*
*ochroleucae.*

Tab. XVI. *Morinda Royoc*, LINN. In inſula
Caribaearum locis fruticoſis reperitur planta
ſcandens: truncus lignoſus cortice cinereo
rami iuniores ſunt quadrangulares, folia op
obouata. Receptaculum commune colligi
mina infera in capitulum, quod in fructum
munem abit flauum, ſucculentum, mollem
dumque. Corolla niuea, antherae ſulphureae
mina albida hinc turgida, illinc compreſſa ſunt
radice ſpiritu vini tinctura crocea extrahitur:
ſimili colore tingitur, ſed breui in purpur
cum tingitur. Infuſum filtratum deponit
tum ſaturate purpureum. Certe ex his
licet plantam hanc ad tinctorias adhiberi poſſe

Tab XVII. *Digitalis paruiflora*, perennans,
libus ſtrictis, angulatis glabris, foliis oblongis
libus, ſubglabris: flores ſunt ferruginei, ſtamina

saepe quinque. A *Digitali ferruginea* flori-
minoribus, et labii inferioris breuitate di-
gnitur.

Tab. XVIII. et XIX. *Geranium ciconium et fibi-*
LINN.

Tab. XX. *Passiflora minima*, LINN. quam LOE-
LING in itinere optime descripsit; in continente
mericae aeque, quam in insulis eam inuenit Cl.
ctor: differt a *P. nigra.* (vid. IACQV. *Obseru.*
M.) foliis margine non scabris, floribusque.

Tab. XXI. *Iatropha urens*, LINN. cuius folia
sunt palmata, vt LINNAEVS dicit, sed basi cor-
a, semitriloba; masculi flores sunt monopetali,
pocrateriformes, fructus aculeati.

Tab. XXII. *Citharexylum quadrangulare*, quod
Nostro iam LINNAEVS in systematis XIII. edi-
one pag. 472. assumsit; differt a *C. cinereo* LINN.
ucis mature rubentibus et caule tetragono.

Tab. XXIII. *Dolichos unguiculatus* LINN. foliis lan-
olato ouatis, acutis, pedunculis capitatis, pauciflo-
. Singulare est huic speciei, quod bini flores pe-
alum terminent, hisque in fructum abeunti-
, prodeat flos vnus alterque. Stigma est longe
batum.

Tab. XXIV. *Cleome pentaphylla* LINN. folia flo-
la sunt ternata, pedunculi vniflori.

Tab. XXV. *Coronilla cretica* LINN. annua, in hy-
naculis tamen per hyemem durat.

Tab. XXVI. *Mesembryanthemum forficatum* LINN.
lia falciculatim opposita, cymbaeformibus, dor-
integra, obsolete punctata. Flores sunt rubri.

Tab. XXVII. *Lobelia longiflora* LINN. cuius cha-
eterem dedit Cl. Auctor *in Historia stirpium Ame-*
*ricarum.* In nostris hybernaculis per plures an-
durat. Atmosphaeram effluuiis implet, odo-

ratus organo infestis; lac de laesa planta em... ardorem linguae inprimit.

Tab. XXVIII. *Crataegus punctata*, Ameri... arbor hyemes nostras perfert, est inermis f... obouatis, acutis, inaequaliter duplicato serr... vtrinque glaberrimis; stipulis linearibus, ci... serratis, caducis: floribus racemosis, in quibus f... tres aut duo, fructu punctato.

Tab. XXIX. *Byttneria microphylla* LINN. S... XIII. p. 197. Frutex dispescitur in ramos d... chos alternos, sensim decrescentes, flexuosos; i... niores rami sunt virides, subangulati, acule... aculei autem in senescentibus fruticibus decid... tumque cortex fit cinereus. Ad aculeorum la... folia horizontalia duo ouata inermia egrediunt... pedunculi sunt vniflori, axillares, flos est albo p... pureoque varius: et hic etiam magnitudine mic... scopio aucta delineatus est.

Tab. XXX. *Melochia pyramidata* LINN. Cl. A... ctor putat *Melochiam dominicensem*, a Se in *hist. ... Amer.* p. 198. descriptam, quae sit frutex ligno... *M. pyramidatam*, herbaceam, et *Melochiam*, qu... LOEFLINGIVS *) describsit, aut tres esse distinc... species, aut praeter modum variare. Nos ... XIII. systematis Linnaeani editione reperim... vtrasque IACQVINI plantas citatas, cum quaestio... *an* IACQVINI *diuersae? M. pyramidatae* est c... glaber, ramis alternis, qui foliis lanceolatis, gla... obtuse serratis oppositi sunt, inter quae pedunc... oriuntur vmbellati. Flos est purpureus.

Tab. XXXI. et XXXII. *Bromelia Karatas*. LIN... Prior tabula stirpem integram exhibet magnitudine... illa, qua in hortis Viennensibus fructigera erat; altera tabula longitudine discissam, vt structura interior pateat; Depictus quoque est fructus integer, et discissus.

*) in itin. Hispan. p. 118.

ſus. Singularis omnino haec planta omnem ionem meretur. Radix nouellae plantulae illum refert, qui ſubſequentibus annis in cor- ouatum ſubligneum producitur, cuius angu- collo multicipiti flores aggregati inſident. ſeuli omnes 200–300 diſcum efficiunt tripol- rem, corolla roſea, calyce et germine villoſis, ctus ouales lanuginoſi, ſub cortice coriaceo em albidam ſubdulcem continet. Naſcitur in montoſis ſyluaticis Caribaeis.

Tab. XXXIII. *Geropogon glabrum* LINN. Semi- radii patentiſſima, pilis paucis; intermedia erecta, pilis tenuibus et plumoſis coronan- Calycis baſis interdum pubeſcit. Corolla eſt nei coloris.

Tab. XXXIV. *Phaſeolus rufus*, qui nobis *P.* varietas videtur, in noſtris hortis etiam munis eſt, a ſemine *rufo* nomen accepit: mina ſunt compreſſa et acuminata. Flores *namoeno* ſimiles ſunt.

Tab. XXXV. *Conuoluulus farinoſus* LINN. ſyſt. II. p. 168. Petali carnei, ſubinfundibuliformis bus eſt obtuſus et ſemiquinquefidus. Tubi inferior quinqueſulcata. Antherae coeru- centes. Capſula eſt quadrilocularis.

Tab. XXXVI. *Viburnum dentatum*, LINN. Folia in ramis iunioribus florentibus ſaepius terna, res albi: cortex trunci glaber, fuſcus.

Tab. XXXVII. *Salvia virgata*, foliis radicalibus ob- p. 14. ngis obtuſis, baſi cordatis, rugoſis, glabris, neruo que dorſalibus villoſis; foliis caulinis ſuperio- ſeſſilibus, vix hirſutis. Caules hirſuti ſubqua- gulares, ſtricti, ramis racemoſo virgati. Corol- rubeae, aut roſeae, aut coeruleſcentes.

Tab. XXXVIII. *Cynanchum erectum* LINN. Ne- ſunt foliola quinque, alba, petaliformia, ſtylo

duplo breuiora, patula cum petalis alterna germinique inſerta. Squamae ſtaminiferae q que, gibbae, germini intra nectarii foliola in tae, ſtylo accumbentes, interne vniloculares. F menta decem, adſcendentia, ſingula vicina duo eodem puncto, inter duas ſquamas proxi Antherae oblongae, erectae. Stylus indiuiſus verſe fuſiformis, ſupra biſidum germen in col coarctatur. Stigma obtuſum, biſidum. Ex deſcriptione ſequi videtur, *Cynanchum* eſſe ad candriam referendum, quemadmodum iam *Aſclepiade* et reliquis contortis id affirmauit KOELREVTERVS *). Optandum fuiſſet, vt Auctor partium harum ſtructuram, ſingulatim nibus illuſtraſſet.

Tab. XXXIX. *Malua paruiflora* et T. XL. *M verticillata*, notae, vt putamus, plantae.

Tab. XLI. *Lauatera cretica* LINN. quae *Thuringiaca* inprimis floribus multo minoribus mento foliorum breui, et pedunculis vnifl ternis confertis diſtinguitur.

Tab. XLII. *Statice Armeria maior*, quae e rietas *Statices Armeriae* LINN. differtque ſolis ſo quae ſunt in illa longa lanceolata: acuminata apice incuruo. Varietas tamen haec, neq cultura, neque ſemine propagata, in alt mutatur.

Tab. XLIII. *Silphium terebinthinaceum*, caul glabro, erecto, ſolido, ſuperne paniculato, fol ſo non ramoſo: foliis radicalibus cordatis, acut ſcabris, dentatis ciliatisque, alternis, venoſis: pe tiolis longis, amplexicaulibus; foliis caulinis, no cordatis, ſed oblongis, ſemiamplexicaulibus, ſum mis ſeſſilibus: pedunculis elongatis inſidet flos lu teus,

*) vid. Acta Manheimenſia. comm. noſtr. ſupra p. 4

qui expansus orientem spectat. Floris cha- cum eo, quem LINNAEVS dedit, conuenit: planta laesa succum dat terebinthinaceum.

Tab. XLIV. *Carduus pycnocephalus* LINN.

Tab. XLV. *Echium*, de quo, an *E. plantaginei* LINN. sit, quaerit Cl. Auctor: cuius tamen iconem reperimus in XIII. Syst. editione citatam. Differt *E. vulgari*, radice annua, rubra, sanguineum succum fundente; pilis flexilibus, et sine verruculis insidentibus; foliis radicalibus in petiolum longum attenuatis.

Tab. XLVI. *Lathyrus Tingitanus* LINN.

Tab. XLVII. *Lactuca tuberosa*, radicis tuberibus oblongis, foliis spinoso dentatis, infimis integris, superioribus sinuato pinnatifidis: corollis ex caeruleo dilute purpurascentibus. Planta haec foliorum forma valde ludit.

Tab. XLVIII. *Forskoelea tenacissima* LINN. Flores, qui difficile definiuntur, ita describit. Calycis glandulosa et inaequalia latitudine folia basi atque latere hirsutissima sunt, flores compressi, petala octo, filamenta longitudine calycis, styli hirsutissimi quinque.

Tab. XLIX. *Drypis spinosa* LINN. syst. XIII. p. 246. Insipida et inodora est. Rami diffusi, cum folia articulati, subquadrangulares, extremi floriferes dichotomi. Folia subulata, mucronata pungentia. Petala ex carneo albescunt, antherae caeruleascunt. Semina flauent.

Tab. L. *Alstroemeria Pelegrina* LINN. vid. descriptionem in amoenit. Vol. VI. p. 247. Flores terminales nutantes: tubera, si ad ollae fundum pertingunt, inflectuntur. p. 20.

Tab. LI. *Chaerophyllum coloratum* LINN. Radix odore et sapore aliquo *Dauci Carotae* praedita est.

Tab. LII. *Seſeli ammoides* LINN. tota pl... nitet, foliis bipinnato multifidis inſtruitur, fol... lis acuminatis, planis, linearibus, apice pallen... Semina ſunt ſapore acri praedita.

Tab. LIII. *Tordylium apulum* LINN. annu... eſt, foliis radicalibus pubeſcentibus, caulinis ... bris et acutis; caule ſtricto piloſo: inuoluc... ſunt ſetacea, flores omnes fertiles; ſemen inte... rubeſcit: floret Iulio et Auguſto.

Tab. LIV. *Tordylium ſyriacum* LINN.

p. 22 Tab. LV. *Geranium moſchatum* LINN. caulib... teretibus, ſubglutinoſis, erectis ſtipulis ou... membranaceis albidis, foliis pinnatis, ſubglutin... ſis, pubeſcentibus. Filamenta floris non ſunt co... nata. Odore optime a *Geranio cicutario* diſtingu... tur. A BOCCONE data icon reprehenditur, co... folia in ea nimis tenue ſint diſſecta.

Tab. LVI. *Sida umbellata* LINN. frutex e... erectus, decempedalis: cortice cinereo, glabro... foliis rariſſime ſublobatis, ſtipulis lanceolatis, acuti... calyce campanulato, petalis luteis.

Tab. LVII. *Campanula Carpatica*, detecta C... LIPP. caulibus herbaceis, annuis, vix ramoſis, foli... radicalibus ſubreniformibus, caulinis cordatis pet... latis, nitidis, inaequaliter ſerratis; pedunculis vaſi... ris; corolla coerulea, nectario villoſo. Flor... per totam aeſtatem.

Tab. LVIII. *Anaſtatica hierochuntica* LINN.

Tab. LIX. *Cucubalus catholicus* LINN. caulibus viſcoſis, diffuſe paniculatis, ſubdichotomis, foli... ſubamplexicaulibus, reuolutis: calyce glabro pur... puraſcenti, petalis profunde bifidis, filamentis co... rollae aequalibus.

Tab. LX. *Trifolium ſuffocatum* LINN. ſyſt. Veget. XIII. p. 574. Non eſt acaule, caules plu... res

rocumbentes emittit. Corollae albae calyce duplo breuiores.

Tab. LXI. *Selinum Seguieri.* Plantam hanc, quam LINNAEVS prius ad *Selinum Caruifoliam* reduxit, vero in Syſt. Veget. XIII. p. 230. tanquam ſpe. agnouit, Cl. Auctor ampla et accurata deſcri- illuſtrat.

Tab. LXII. *Selinum Monnieri.*

Tab. LXIII. *Ferraria vndulata.* Huius ſaepe iam ſtae elegantis plantae nouam et correctiorem aliis dat iconem: monetque eſſe eandem in adelphiam, et quidem nouo ordine, Trian- referendam. Filamenta enim tria, ſuperne ta, in vnum ſunt tubum cylindraceum conna- germini impoſitum, corolla duplo breuiorem, tum. Antherae ſubouatae, didymae filamentis mbunt. Germen oblongum, triquetrum; ſty- filamentis includitur: ſtigmata tria, profunde la, ſunt ciliata.

Tab. LXIV. *Centaurea ſalmantica* LINN. foliis tatis, radicalibus pinnatifido ſinuatis, caulinis longis, ſummis glaberrimis. Corolla ex albo ru- oque variat.

Tab. LXV. *Malua Aegyptiaca* LINN. Syſt. Veg. III. p. 520.

Tab. LXVI. *Phaſeolus inamoenus.* Singulare eſt in hoc, quod foliorum lateralium baſis interna du- plo triplove latior ſit, externa. Legumen acumi- natum et dorſo arcuatum eſt.

Tab. LXVII. *Dolichos ſeſquipedalis*, ſtipulae cau- linae ſunt ouato lanceolatae appendiculatae: po- tulares autem ſubouatae conuexae.

Tab. LXVIII. *Salſola Soda*, Flores ſolitarii inſi- ant axillis, ſtipati vtrinque folio laterali minimo. Calyx membranaceus clauſus. Filamenta, calyce du- plo longiora, receptaculo, nec calyci, inſeruntur.

Tab. LXIX. *Hyſſopus Nepetoides.* Flos ab *Hyſſopo* differt, quod calyx ſit obtuſus, dentibus duobus inferioribus breuioribus; et in corolla inferioris lacinia intermedia crenata obtuſiſſima tegra, nec bifida.

Tab. LXX. *Stachys maritima.* Corollae labium ſuperius inaequaliter tridentatum, obuerſe ouatum baſi concauum, ſuperne planum eſt.

Tab. LXXI. *Sideroxylon melanophleum.* Differt ſtructura floris a charactere *Sideroxyli.* Perianthium paruum, inferum coloratum in tres vel plures partes diuiditur. Corollae tubus eſt longiſſimus, limbi laciniae quinque, ouatae, obtuſae, patentes. Filamenta 5, breuiſſima, tubo corollae infiguntur, antherae erectae, craſſae, aequant corollae lacinias. Germen globoſum ſuperum: ſtylus craſſus, corolla breuior, ſtigma bifidum.

Tab. LXXII – LXXIV. *Lauatera trimeſtris*, *L. Olbia* et *L. triloba*, LINN.

Tab. LXXV. *Amomum Zingiber*, cuius quoque hiſtoriam abbreuiatam tradit. In America culta tantum vidit Cl. Auctor; floris ſtructura curate expoſita eſt, nos notamus id, quod in Linnaeano charactere deeſt. Spatha membranacea dempta, germen triquetrum, compreſſum, inferum, ſpatha propria coronatum prodit in conſpectum. Filamentum, quod etiam pro nectarii labio ſuperum haberi poteſt vnicum, antheras duas, iuxta ſe inuicem poſitas, oblongas, albidas, adnatas locat in ſinu ſuo; inter quas, ad extremitatem vſque filamenti pertingens tranſit et occultatur ſtylus filiformis, ex germine ortus inter duo corpuſcula, ſubulata breuia, filamentiformia.

Tab. LXXVI. *Glycine ſtriata*, non alibi deſcripta, Americae torridae indigena, perennis eſt: caule

de lignoso, ramis volubilibus teretibus, hirsutis; s ternatis, foliolis ouatis, obtusis, setula termi-, floribus racemosis, calyce piloso. In plu- s floribus germen stylo stigmateque caret, his- e nullus fructus succedit.

Tab. LXXVII. *Asphodelus luteus.* Naturae con- ientissime describitur. Corolla tam profunde dimisa, vt aegre monopetala dici mereatur. Ne- i squamae nihil sunt, nisi filamentorum bases atae: in germinis sexsulcati tribus sulcis alter- profundioribus paullo supra mediam altitudi- conspicitur porus, ex quo dulcis liquor exsu- qui tandem totum spatium squamas inter ger- nque replet. Hic in fructu porus maculam ob- gam atrouirentem efficit, tunc euanescentem, maturus exsiccatur.

Tab. LXXVIII. *Salvia indica*, caulibus tetrago- hirsutis, foliis oblongo cordatis, sinuoso den- is: floribus caducis, calyce hirsuto, glutinoso; orollae galea apice est fissa, labii inferioris lacinia termedia cuculliformis: germina insident corpo- glanduloso.

Tab. LXXIX. *Sisymbrium polyceratium.*

Tab. LXXX. *Mimosa virgata*, quae etiam in America torrida inuenitur. Flores in capitulum collectos profert triplicis generis; floris vnius alte- usue exterioris perianthium est campanulatum subquinquangulare, et quinquefidum: corolla pentapetala, petalis oualibus vtrinque acutis, ca- yce duplo maioribus; filamenta 10, triplo corolla longiora; antherae nullae. Reliquis floribus calyx st infundibuliformis, longior; corolla similis priori, sed longior; filamenta igitur hic duplo tantum longiora, antheris flauis incumbentibus. In his floribus vel stylus insistit germini lineari, et petalis fere breuior et stigmate praeditus infun-

dibuli-

dibuliformi, vel ſtylus filamenta longitudine aequ
ſtigmate inſtructus, ſimplici obtuſo.

Tab. LXXXI, *Semperuiuum ſediforme*, quod a C
Auctore LINNAEVS in Syſt. Veget. XIII. pag. 37
recepit.

Tab. LXXXII. *Antirrhinum cirrhoſum* LIN
S. Veg. XIII. p. 464. Ab *Antirrhino Elatine* diff
glabritie, dum ſola folia intima ſubhirſuta ſunt.

Tab. LXXXIII. *Anthericum Liliago*. Recte, v
nos in planta ſponte hac noſtra in regione naſc
te quoque obſeruauimus, affirmat Cl. Auctor, fo
radicalia eſſe carinata, nec plana, vti LINNAE
dicit. Differt Cl. Auctoris planta, ab ea, qu
Ill. HALLERVS ſub no. 1207 tradidit, quod pet
non ſint petiolata, vno ordine omnia ſita, non
tus virente linea inſcripta, ſed capſula ouata, tri
cularis et triualuis.

Tab. LXXXIV. *Aletris Guineenſis*. De hac, quam
in XIII. Syſt. veg. Linnaeani editione plane omi
ſam animaduertimus, monet Cl. Auctor, fructu
eſſe baccam mollem, ſubrotundam, ſucculentam,
luteam cum pulpa concolore, magnitudine pi
comprehenſam a fiſſo longitudinaliter corollae
emarcidae tubo. Semen vnum molle. Igitur haec
planta neque ad Aletrin, neque ad Aloen, neque
ad aliud iam datum genus apte referri poteſt.

Tab. LXXXV. *Corchorus aeſtuans*.

Tab. LXXXVI. *Lathyrus inconſpicuus*.

Tab. LXXXVII. *Haſſelquiſtia Aegyptiaca*. Ele
gantis huius vmbellae characterem genericum ad
viuas plantas concinnatum tradit.

Tab. LXXXIIX. *Spiraea lobata*, quam LINNAEVS
in S. V. XIII. p. 393. *Spiraeam palmatam* dixit.

Tab. LXXXIX. *Medicago proſtrata*, legumine in
ermi tres gyros ſpirales abſoluente, foliis ternatis,
foliolis anguſtis, ſtipulis ſetaceis; pedunculis axilla-
ribus,

, qui ſubumbellatim flores ſuſtinent, calyx eſt iloſus. Non habetur in LINNAEI ſyſtemate.

Tab. xc. *Dolichos luteolus.* Neque haec planta ericana in LINNAEI ſyſt. reperitur Caulis eſt ngulatus, volubilis, ſtipulae lanceolatae et acu-tae, folia ternata, foliola ouata, petiolis pro-s ſolis villoſis, foliolorum ſtipulis ſubrotundis; nculi axillares multiflori; calyx ſemiquadri-s, corolla luteſcens.

Tab. xci. *Digitalis obſcura;* Deſcriptioni Lin-nae Syſt. Veg. XIII. pag. 440. addendum eſt eas lanceolatas et acuminatas; corollam extus purascentem, intus flauentem, faucem pilo-, et lacinias obtuſas eſſe.

Tab. xcii. *Centaurea cineraria* var. β. LINN. c. plant. Putat Noſter hanc eſſe diſtinctam iem a prima LINNAEI varietate: cum in hac x valde ſit tomentoſus, folia vero parum inca-, tenuiter diuiſa, quae omnia contraria ſint in ma, cui etiam ſit contiguum calyci folium, vt lis calyx dici queat.

Tab. xciii. *Ononis hircina* (CLVS. hiſt. 99. AUH. 830. ic. 1214.) caulibus procumbentibus, aſcendentibus, foliis ſubtus piloſis, ſupra glabris, aulinis ternatis, floralibus ſimplicibus; foliolis ratis, acute ſerratis; ſtipulis ſerratis amplexicau-ibus, longitudine foliorum ferme, floribus ſubpe-dunculatis, axillaribus, rubris, calyce legumineque piloſis.

Tab. xciv. *Teucrium Maſſilienſe.* Schreberianae ſcriptioni *) addendum eſt, caules quadrangula-s, racemos erectos, flores ſecundos et calycem bi-dentatum, labio ſuperiore plano, cordato et acu-minato, inferiore quadridentato concauo eſſe.

Tab

*) vid. comm. noſtr. Vol. XX. p. 615.

Tab. XCV. *Glycyrrhiza echinata.* In huius calyce lacinia media labii ſuperioris melius dicetur labium ipſum ſuperius integrum, ita, vt pertinerent tres dentes reliqui ad labium inferius. Radix recens ſaliuam et aquam carneo colore imbuit, aerique exposita rubeſcit. Sapor eiuſdem ſimilis *Glycyrrhizae* officinali, ſed non adeo dulcis est. Videtur Cl. Auctori eſſe *Glycyrrhiza* DIOSCORIDIS et veterum.

Tab. XCVI. *Scabioſa Palaeſtina.*

Tab. XCVII. *Scirpus cephalotes.* A characte generico in quibuſdam recedit. Pro calyce ſquamae duae membranaceae: corollam facit gluma biualuis infera compreſſa, acuminata arcte coniuens, valuula altera duplo latiore: filamenta corolla duplo longiora antheras ſuſtinent lineares erectas: germen ouale, glabrum compreſſum abit in ſtylum ſemibifidum: corolla includit ſemen.

Tab. XCVIII. *Celoſia nodiflora,* foliis obouatis lanceolatis, glabris, acutis, ſubundulatis, integris, baſique in petiolum attenuatis, pedunculis oppoſitifoliis. Calyx eſt triphyllus: germen ouatum pedicellatum, ſtigma capitato-bifidum; ſemen vnicum.

Tab. XCIX. *Phaſeolus, an Max* LINN.? In Editione Linnaeani ſyſtematis editione haec icon non commemoratur. Auctor Cl. dicit, ſi *Cadelium* RUMPH. cum *Phaſ. Mace* LINN. idem eſt, plantam depictam differre a Linnaeana ſpecie. Vtvt ſit, Phaſeolus hic depictus inſtruitur, caule hirſuto, foliolis acutis, late ouatis ſtipulis foliorum ſubouatis, in acumen ſetaceum terminatis, floribus pluribus ſubcapitatis, bracteis in ſingulo flore geminis, leguminibus teretibus ad ſingula ſemina toruloſis.

Tab. C. *Phaſeolus bipunctatus;* noua eſt ſpecies; caule volubili cum foliis hirſutulo, legumine leuiſſime

…ſime villoſo. Semina ſunt ſupra hilum vtrinque …to ferrugineo inſignita. *Phaſeolo rufo* mul… ſimilis eſt.

Tab. CI. *Dolichos pubeſcens* LINN. Spec. Pl. Vol. II. …ne ſpeciem in XIII. ſyſt. veget. editione ad *Gly… tomentoſam*, tamquam varietatem relatam in…mus, de qua iam Cl. Auctor monet eam a ge… *Dolichi* alienam videri. Corollae vexillum le…ine emarginatum, obcordatum, erectum, con…ens callis caret: alae ſublineares, obtuſae, ere…; carina oblonga, ſubfalcata. Germen ob…gum compreſſum, ſtylus ſubulatus, et ſtigma …capitatum obtuſum.

Tab. CII. *Phaſeolus vexillatus.* Radix perennis …les herbaceos, annuos, teretes, hirſutos, volubiles …ducit. Foliola ſunt ouata, acuta, ſeta termina… parte lateralium interiore duplo triploue …ſtiore.

Tab. CIII. *Hibiſcus ſpinifex.* In inſularum Ca…earum fruticetis maritimis naſcitur, primo …o humanam altitudinem adepta floret, poſtea …ad viginti pedes eleuat. Pedunculi vniflori. Calyx …terior quinis, et pluribus foliis inſtruitur, in…ior ſemiquinquefidus eſt. cf. LINN. S. V. XIII. …g. 523.

Tab. CIV. *Iuſticia ciliata.* Noua haec planta non …LINNAEI XIII. ſyſt. editione reperitur. Radix …nua caules herbaceos plures inferne teretes, ſu…perne obſolete quadrangulares, piloſos emittit. …olia ſunt oppoſita, hirſuta, lanceolata, integerri…a. Flores axillares, ſeſſiles. Bractea ſublinearis, …midis, ciliata pilis longis albidis, vtrinque flori …adiat.

Tab. CV. *Digitalis lutea*, LINN. diuerſa ab …HALLERI no. 331.

Tab.

Tab. CVI. *Tragopogon caliculatum*, nouum *Scorzoneris* affine eſt: radix perennat, ad ambi foliorum radicalium caules prodeunt adſc tes, teretes, pedunculis pene aphyllis ſtriatis beſcentibus, piloſis, ſub flore incraſſatis, vnil Flores clauſi ſunt penduli: calyx veluti duplex terior longior, vterque octophyllus. Corolla f

Tab, CVII. *Aſclepias incarnata*. Flores o pollent *Vanillae* aliquo.

Tab. CVIII. *Saluia aegyptiaca*. Ad Linn nam in S. V. XIII. p. 64. deſcriptionem adden eſt, calycem eſſe angulatum hirſutum, labium perius ſubintegerrimum, inferius profunde dum et acuminatum: corollae labium ſuperius bifidum; labii inferioris laciniam mediam eſſe crenato cum faſcia violacea.

Tab. CIX. *Saponaria porrigens* vid. Linn. XIII p. 347. Fuit antea ſub genere *Silenes*.

Tab. CX. *Coreopſis alternifolia*, foliis obl ſcabris, inferioribus ternis, quaternis, vel opp tis, reliquis alternis.

Tab. CXI. *Scabioſa Tranſſyluanica*, foli mis integerrimis et ſublinearibus. Calyx c nis ex multis foliolis et paleis membranace cronato ariſtatis componitur,

Tab. CXII. *Nepeta Italica*, caule obtuſo t no, villoſo, foliis cordatis, ſubuilloſis. An bifidae ſaturate purpuraſcunt.

Tab. CXIII. *Solanum hybridum*: noua ci cies, trunco tereti, glabro aculeato, ramis tomentoſis, foliis ouatis acutis, vtrinque to ſis, repando angulatis, pedunculis racemo

Tab. CXIV. *Phaſeolus*, de quo dubius Auctor, an ſit *P. lunati* varietas. Differt bus cinereis aut ferrugineis lineatis a *P. ra* ipſe commode ad *P. lunatum* referri poteſt.

Tab.

tab. CXV. *Tulbagia capenſis.* Planta ſingularis, ... et odore *Allii*, flore *Hyacinthi* cum coro... inculata *Silenes*. Flos conſtat perianthio et ... quoad tubum connatis in corpus cylindri... bo ſolo diſtinctum: eſt praeterea perianth. ...phyllum inferum, tubo obſolete trigono. ... corollae in ſex lanceolatas lacinias, alterne ...diores, diuiditur; filamenta 6, breuiſſima, ...ne incumbentes didymae; germen ſubro... ...m, ſtylus craſſus, breuior ſtaminibus, ſtigma ...

...tab. CXVI. *Fumaria nobilis.*

...tab. CXVII. *Celſia Arcturus*, quae prius *Ver...* ſpecies erat, iam quoque a LINNAEO S. V. ... 469. huic genere adſcribitur. Notat Cl. ... folia eſſe et alterna, et oppoſita, calycem ...ſum, antheras didymas, capſulam ex ova... rotundam, leuiſſime compreſſam, acumina... ...que parum in duas valuulas diſcedentem, ...ula altera totum capſulae acumen habeat.

...tab. CXVIII. *Sida triquetra*, deſcriptio ex *Hiſt. ...American.* hic eſt repetita.

...tab. CXIX. *Cytiſus Pſeudocaian.* Semina huius ... ex Tranquebaria, et inſulis Caribaeis allata ...que plantas ſimillimas produxerunt, eo ...crimine, vt Caribaeae plantae primo anno ...erent, poſtea autem perirent. Quaerit ...tor: an ſit *Cytiſus Caian* LINN.

...tab. CXX. *Enonymus atropurpureus*, noua ex ... ſeptentrionali arbuſcula; cortex eſt cine... ...qualis, rami teretes, in extremitatibus ...li, glabri, folia oblongo lanceolata, glabra, ..., pedunculi bi- aut quadriflori, flores ...

...tab. CXXI. *Paederota Bonarota.* A Linnaeano ...diere Cl. Auctoris deſcriptio in eo differt, quod

corollae tribuat tubum ſubcylindricum, [illegible] bilabiatum, erectum, labio ſuperiore integer[illegible] latiore, inferiore ſemitrifido; ſtigmaque [illegible] dicat.

Tab. CXXII. *Betula pumila.* Iuli maſculi [illegible] erecti ſunt, ſquamae ſubrotundae, concav[illegible] ſingulas filamenta tria, patula, apice bifur[illegible] gerentia antheras, latas didymas; itaque [illegible] maſculinum ad *Carpinos* pertinet. Iuli [illegible] ſummitates ramulorum nouorum termina[illegible] maſculis longiores et craſſiores: compo[illegible] ſquamis numeroſis, ſparſim imbricatis, [illegible] bis. Quaelibet ſquama continet germina [illegible] bicularia, ſtylis duobus.

Tab. CXXIII. *Ribes cynoſbati.*

Tab. CXXIV. *Dolichos Bengalenſis*, radice [illegible] rennante, caule ad tactum aſperiuſculo, [illegible] rotundo ouata, acuminata, et ſetula ferru[illegible] pulae ad petiolos lanceolatae, ad foliola [illegible] vel lineares, pedunculi racemoſi, legumi[illegible] nata compreſſa, futura vtraque ſcabra, [illegible] preſſa, fuſca punctata, hilo protuberan[illegible] Alius quoque *D. Madagaſcarici*, ſemi[illegible] vix compreſſa, ferruginea cum legumine [illegible] tradit, eundemque a priore ſpecie diuerſum [illegible] cum ſeminum conſtans diuerſitas aequ[illegible] momenti eſſe videatur, quam aliius, cu[illegible] partis. Vterque eſt nouus.

Tab. CXXV. et CXXVI. *Plantago alpina* [illegible] *Loeflingii.*

Tab. CXXVII. *Phlox maculata.*

Tab. CXXVIII. *Caucalis latifolia.*

Tab. CXXIX. *Seſeli multicaule*, radice [illegible] ramis caulinis ſubdichotomis, his et cau[illegible] bus ſtriatis; petiolo membranaceo et am[illegible] foliis radicalibus et inferioribus ter pinn[illegible]

matis, foliolis ſublinearibus: vmbellae vni-
inuolucro ſaepe deſtitutae, vel paucifolio
tae.

Tab. CXXX. *Angelica verticillaris.* Summa cura
quae ad plantam cognoſcendam neceſſaria
delineata et deſcripta ſunt. In vmbellis la-
multi flores ſunt ſteriles; in nonnullis flo-
fructigeris, germen vix detegi poterat, co-
autem ſtaminibusque deciduis augebatur, ſae-
ctus triquetri, ſeminibus ternis.

Tab. CXXXI. *Pimpinella peregrina.* Petala dorſo
hirſuta, germen ſubrotundum et hirſutum, et
patentes.

Tab. CXXXII *Anethum ſegetum*, foliis bis vel
pinnatis, pinnulis linearibus, acutis, planis.

Tab. CXXXIII. *Sium ſiculum.* Folia valde variant;
alia aut ſimpliciſſima ouata, aut ternata, aut
, aut bipinnata ſunt; ſic quoque caulina,
tamen non ſunt ſimplicia. Inuolucrum vni-
foliolis octonis linearibus conſtat. Germen
gum ſtriatum: ſic etiam fructus.

Tab. CXXXIV. *Siſon ſegetum*, foliorum pinnis
, argute ſerratis, inuolucro triphyllo. Sapo-
praedita ſunt ſemina.

Tab. CXXXV. *Spilanthus oleracea.*

Tab. CXXXVI. *Phyſalis viſcoſa.* Calyx eſt cam-
latus, haud pentagonus, ſed lineis exſtantibus
qualis, corolla duplo breuior: quae eſt ſubin-
buliformis, limbo integro, quinquedentato,
villis denſiſſimis albidiſque impleto.

Tab. CXXXVII. *Tradeſcantia criſtata.* Elegans
planta habitu *Commelinae* ſimilis eſt. Calycis
lanceolata, et acuta eriguntur; Petala coe-
tubum quaſi formant, limbo ſubcorda-
filamenta capillaria et erecta pilis coeruleis

articulatis ornantur, germen eſt ſuperne
ſum, ſtigma clauatum.

Tab. CXXXVIII. *Gypſophila adſcendens*,
perenni, caulibus teretibus nodoſis adſcend
pedunculis terminalibus ramoſis, foliis lin
pulpoſis, acutiuſculis. Noua, a LINNAEO
dicta eſt.

Tab. CXXXIX. *Hemerocallis flaua*.

Tab. CXL. *Spiraea chamaedrifolia* LINN.,
eadem eſt cum *Spiraea vlmifolia* Cl. SCOPOLI
carn. I. p. 349. t. 22.); etſi hic negat, nam non
per folia ſunt terna, quaterna vel quina.

Tab. CXLI. *Malua limenſis*, quae Peruuiam
patria et Tab. CXLII. *M. Shaerardiana*, quae
diae arenoſis et inſula Creta prouenit.

Tab. CXLIII. *Helicteres Iamaicenſis*,
*H. Iſora* var. β LINN. ab *Iſora* Horti Ma
fert, inprimis ob fructum non lateraliter pe
lo inſertum. Calyx eſt ſubcampanulatus,
men hirſutum et quinqueſulcatum inſidet rec
culo declinato, villoſo, abitque in ſtylum
ne intortum, germine duplo longiorem;
Procatarcticas ſeu occaſionales intermittentium cauſas diuidit Noſter in capite quinto in ſporadicas, endemicas ac epidemicas. Ac primum quidem inter ſporadicas contemplatur Cl. Auctor ingeſta, quibus creator vim peculiarem forte indidit, febrim in corpore Noſtro conſtanter, ſi aſſumantur, progignendi. Contagium inter epidemicas intermittentium febrium cauſas Noſter indubitato recenſet. p. 96.

In capite ſexto proegumenae febrium intermittentium cauſae, eius diuerſitas in quauis intermitten- p. 128.

mittentium ab antea memoratis cauſis et nerui cum procatarcticis primum traduntur, dein ad il-

p. 133. progreditur Noſter, a quo febris intermittentis natura pendeat? Tota haec quaeſtio in capitibus ſequentibus tractatur, ſcilicet 1) quae ſit cauſſae proegumenae ſedes? in ſolidiſne an fluidis vel in vtroque et in quibus? 2) Vtrum periodorum ratio in ſola proegumena cauſſa vel huius cum procatarctica concurſu quaerenda ſit? 3) quaenam ſit cauſſae proegumenae in quauis intermittentium ſpecie (de quo in capite ſecundo iam egit Cl. Auctor) diuerſitas. Tot, inquit, enigmata, quot quaeſtiones.

p. 141. Neruoſum ſyſtema in febribus intermittentibus primario affici, inque illo harum proegumenam latere cauſſam tum multa, tum grauiſſima ſuadent rationum momenta. Ac *primum* quidem animi commotiones quandoque intermittentem cauſſant, ſopitam reuocant, alias profligant: *ſecundo*, prima ingruentis paroxyſmi phaenomena docent, aliquid in ſyſtemate neruco mutatum eſſe; *tertio*, laruatae febres non paucae in vnica ſaepe ſyſtematis neruoſi laeſione, (e. gr. paralyſi, epilepſia cet.) conſiſtunt, vel hanc ſibi haud raro adiunctam habent intermittentes manifeſtae. *Quarto*, morbi peſſimi ſyſtematis neruoſi, vt epilepſia, paralyſis, cet. ſuperueniente febre intermittente plerumque radicitus curantur, et vice verſa hi intermittentem fugant. *Quinto*, primum variolarum ſtadium ſcenam ſuam in ſyſtemate neruoſo ordiri, hodie ſatis conuenit. *Sexto*, hyſterica paſſio maximam cum intermittentibus habet analogiam cet.

p. 147. Iam ad fomitem febrium intermittentium Noſter progreditur, quem, etſi b. SWIETENIVS negat, Cl. Auctor largitur. Materialem eiusmodi ſtimulum adeſſe debere in intermittentibus ſuadent

criſes

ciles intermittentium variae, cauſſae morbi materiales, contagium febrium intermittentium, morbi ex praemature ſuppreſſa febre, vt hydrops, obſtructiones cet. affinitas intermittentium cum morbis aliis periodicis a fomite materiali, per circuitus renato, oriundis, vt eſt podagra, epilepſia cet.

In capite ſeptimo de diagnoſi febrium intermittentium loquitur. Haec circa duo potiſſimum verſatur, quorum primum eſt, vt a qualibet alia febre dignoſcantur eae, alterum vero ad typorum pertinet diſcrimina. Atque hoc rurſus patet ex duplici ratione, nimirum vel ex ipſo febrilis inuaſionis principio; vel ex apyrexia aut ſuccedente febre, aut emanente. Atque hic reſpiciendum eſt ad epidemiae genium, ad vrinas, licet non ſemper, lateritias, exacerbationes cet. p. 204.

In capite octauo narrantur effectus febrium intermittentium generales et ſpeciales. Ad generales referuntur ſolidorum laxitas et debilitas, fluidorum ſpiſſitudo, tenuitas, acrimonia. Specialibus effectibus adnumerantur procliuitas in ſudores, obſtructiones viſcerum abdominalium, hydropes varii, leucophlegmatia, abſceſſus purulenti, ſcorbutus, haemorrhagiae, ſapor deprauatus. Oriuntur quandoque in febre hac et alia mala ab ipſius paroxyſmi vehementibus motibus febrilibus. p. 215.

In capite nono venit Noſter ad prognoſin febrium intermittentium. "Qui quartana vexantur, ait HIPPOCRATES, non vllo magno aliquo morbo corripiuntur. Quodſi antea corripiuntur, quartana ſuccedente liberantur." Idem obſeruatum eſt de tertiana, vti ex exemplis a Noſtro additis elucet. p. 228.

Febres intermittentes haud ita expertes eſſe periculi, quam vulgo quidem fertur, monet Ill. p. 238.

DE HAEN. Quemadmodum itaque morbi grauiſſimi ope febrium intermittentium aliquando ſanantur, ita et grauiſſima mala nonnunquam per ipſas febres concitantur. Rurſus hic exempla a Noſtro collecta ſunt.

p. 250. E reduplicata febre, ſi fiat ſimplex, bonum eſt.

p. 252. Paroxyſmus poſt exhibitum corticem Peruuianum vehementior factus, febrim breui finitum iri portendere a nonnullis creditur. Soluitur febris intermittens variis criticis euacuationibus, ſudore, vomitu ſpontaneo, alui fluxu, vrina, haemorrhagia vteri, narium cet.

p. 255.

p. 261. Soluitur febris intermittens quoque metaſtaſi facta varia, ad lienem, crura, cutem. Pariter haec ſoluitur et ictero ſuperueniente, ſi hypochondrium dextrum non ſimul laboret, itemque a conuulſione.

p. 271.

p. 273. Quotidiana intermittens eſt pertinax ac diuturna, nec non procliuis in graues morbos alios, vt eſt ſopor apoplecticus, hectica febris, hydrops cet. Tertiana vero eſt breuiſſima intermittentium, diuturnior ſi eſt, in quartanam degenerat, periculi expers eſſe a multis creditur; adduntur vero exempla ab Auctore Noſtro, quae contrarium docent. Efflorescentiae circa os et nares ſuperueniunt intermittentibus ab initio male, circa finem bene ſecundum Ill. ROSENSTEIN obſeruationes. Noſter autem arbitratur has efflorescentias ſignum eſſe criſeos per ſudores. Apparent et in aliis locis, vt in digitis, eiusmodi puſtulae.

p. 276.

p. 287. Quartana ſcandalum olim medicorum ob diuturnitatem et difficultatem curationis appellabatur. Periculo carere eam a veteribus affirmatur, iuniores ad longaevitatem ea diſponit et proceritatem corpori iuuenili conciliat. Oritur aut per ſe, aut ex-

aliis typis, lepra aut elephantiasi affectos raro prehendit. Grauida, quartana laborans, si viuam pariat prolem, haec plerumque cum quartana in lucem venit. Furunculus in buccis natus eam protinus soluit. Quartanam bis in vnum eundemque hominem cadere posse affirmatur et negatur.

Quintana febris intermittens est omnium p. 306.
pessima. Bis vero eam curauit ope corticis Peruuiani b. WERLHOFIVS.

Missis vernalibus et autumnalibus febribus inter- P. II.
mittentibus ad partem alteram huius voluminis primi nos conuertimus, quae potissimum febribus intermittentibus medendi methodum spectat. Ac in prima quidem sectione traditur has febres p. 311.
curandi ratio tempore paroxysmi. Cum vero febrilis accessio, testante WERLHOFIO, morbus sit sui generis, qui nullo compesci potest remedio, nihil hic restat, quam indicatio palliatiua, qua paroxysmi effectus praui praecauentur, leniuntur imminuunturque. Frigus febrile efficit vasorum spasticam constrictionem, sanguinisque coagulum. Ergo laxanda sunt solida spastice arctata et coagulum resoluendum eiusque vlterior genesis impedienda in frigore febrili. Et hic potissimum laudat Noster decoctum Ill. DE HAEN ex radice graminis, taraxaci, oxymelle simplici et sale polychresto. Tepidum nec adeo copiosum potum in stadio frigoris Noster non reiicit, frigidum autem seuere interdicit, quippe qui coagulum sanguinis magnopere auget, vnde non raro hypochondriorum obstructiones ac tumores duri generantur. Calor fe- p. 315.
brilis vero rarefacit sanguinem, laxat distenditque vasa. Nimia itaque sanguinis rarefactio et vasorum distensio est imminuenda. Humores spissi, acres, in putredinem proni, attenuandi, demulcendi, condiendi sunt. Hinc quies, stragulorum

mutatio, ſanguinis miſſio, vbi acerbiores capitis dolores et mentis alienationes adſunt, potus acidulatus, vti eſt b. VOGELII, ex aqua fontis, ſyrupo
p. 315. rubi idaei et aceto vini hic conducunt. In ſudore febrili reſpiciendum eſt ad materiam febrilem facilius eliminandam, ad ſubtiliorem ſanguinis partem, quae amittitur, ſubſtituendam et ad vires vitae erigendas.

p. 318. In ſectione ſecunda curandi ratio febres intermittentes tempore apyrexiae traditur ac primum quidem conſiderat Noſter indicationes generales, quae potiſſimum cernuntur in cauſſa proxima deſtruenda et effectibus morboſis a febre productis corrigendis, cet.

p. 322. Deinde ſanguinis miſſio in febribus intermittentibus interdum profecto vtilis et neceſſaria eſt. Id quod hic probat et litem, quae idcirco ab aliis atque aliis Auctoribus eſt mota, Cl. Auctor commemorat. Venarum tundendarum ſelectum, quem veteres inprimis diligenter obſeruarunt, nec omnino reiicit, nec penitus aſſumit.

p. 348. De emeticis et catharticis agitur in tertio capite, quorum remediorum neceſſitatem, vtilitatem et praeſtantiam harum febrium profligandarum iam diu ante medici praedicarunt. Nihilominus autem celeberrimi medici inter ſe interdum diſcrepant. Ne itaque tironibus in tam neceſſaria doctrina ambiguitatis quidquam relinqueretur, illam ad certa quaedam capita Noſter redegit. Quamobrem conſiderat primum horum remediorum in febrium intermittentium curatione indicantia, dein tempora ad ea exhibenda idonea, poſtea ſelectum, cautelas quasdam, limites, ſpecifice quaedam laudata remedia et tandem contraindicantia.

Inter-

Inter indicantia emeticum et purgans refert Noſter febris pertinacem typum, ſi ſcilicet, nec horam inuaſionis, nec periodum mutat febris, neque eius vehementia imminuitur, multa etiamſi adhibita ſint remedia. Quoad tempus haec remedia hic exhibendi quaeritur a Noſtro, vtrum melius in paroxyſmo, an in apyrexia ea adhibeantur? porro vtrum in principio morbi, an aliquot acceſſionibus ſuperatis? Tempus integritatis Noſter praefert et ſi ſaburra primarum viarum febri occaſionem dedit, a principio morbi. Quod ſi vero ſublata cauſſa, tum febris pergat, nec obediat remediis, haec remedia ſunt ita porrigenda, vt eorum operatio in tempus paroxyſmi incidat, h. e. paulo ante inuaſionem vel ingruente iam inuaſione. p. 350. p. 356.

In ſelectu horum emeticorum et purgantium remediorum Cl. Auctor ad tria potiſſimum reſpicit: 1) vbi emetica purgantibus ſunt praeferenda et vice verſa; 2) eccoprotica, an draſtica dari oporteat; 3) remedia recenſentur contra has febres, vt ſcammoneum, eſula, helleborus, butyrum antimonii, mercurius vitae, antiquartium DETHARDINGII, puluis Cornachinus, febrifugum ſeu antiquartium RIVERII, vitriolum Cyprinum, et album, aqua ſtillatitia roſarum pallidarum, aſari radix et folia, ſulphur antimonii auratum, vitrum antimonii ceratum, mercurius vitae coeleſtis KLAVNIGII, arſenicum, quorum remediorum antifebriliùm hiſtoriam curate Noſter hic congeſſit. p. 364.

Inter cautelas, quas addidit Noſter, memoremus paregorici exhibitiones poſt abſolutam emeſin aut catharſin: ceterae ſpectant idioſyncraſiam aegri, remediorum naturam, et vim, formamque, qua exhibeantur. p. 406.

p. 412. Dum contraindicantia, quae ſunt grauiditas, quartana cet. et vſum emeticorum et purgantium vetant, Noſter expendit, tres ſtatuit canones: 1) poſt febrem, cortice Peruuiano depulſam, purgantium vſus nec ratione reliquiarum febris expectandarum, niſi rariſſime eſt neceſſarius, nec etiam ſatis tutus ob recidiuae metum; 2) ſi vero ex accidente quodam purgare oportet, cathartico inigatur cortex Peruuianus et operatione finita exhibendum eſt paregoricum, poſt hoc autem doſes aliquot corticis: 3) cauendum, ne purgans die paroxyſmi porrigatur.

p. 417. In capite ſexto tractat Noſter ſoluentia. Duo ſunt ſoluentium genera quorum vnum in fluida ſolummodo, alterum in ſolida et fluida agit et potiſſimum roborando ad lentorem humorum celerius deſtruendum conducit. Ad priorem claſſem pertinent mere vel aquoſa, vel ſaponacea vel ſalina mitiora, vt diluentia, reſoluentia et incidentia, ad poſteriorem vero claſſem referuntur ea, quae praeterea aromate efficaci polleant, vt amara

p. 423. cet. Aqua vel ſimplex pura, vel acidula medicata largiter hauſta refertur hic a Noſtro inter remedia antifebrilia ad primam claſſem pertinentia, porro millepedes et procul dubio araneae, alcalina fixa, ſalia media inprimis ammoniacum, mercurius hic memorantur. De altera claſſe remediorum digeſtiuorum agit Cl. Auctor paulo inferius.

p. 447. Caput quintum complectitur diaphoretica. Indicant autem prae ceteris illorum vſum in intermittentibus perſpiratio ſuppreſſa, epidemica conſtitutio, ab humido frigore atmoſphaerae, endemicae febres in locis humidis frigidis, typus praeſertim tertianarum, licet quotidianae et quartanae perinde hac methodo quandoque ſe profligari patiantur, febrilesque motus pertinaces. Tempus ad

diapho-

phoresin maxime opportunum hic Noster iudi-
apyrexiam sub finem vergentem. Selectus dia-
horeticorum hic adhibendorum proficiscitur
rtim a varia horum vehementia, partim a pecu-
ri aduersus has febres nonnullorum diaphoreti-
orum virtute. Et haec remedia potissimum sunt p. 453.
icci plantarum amararum, acida penetrantia, vt ace-
um, succus citri, alcalina item volatilia, inter quae
ic varia animalium stercora memorantur, oleum
nimale DIPPELII, sulphur minerale, hinc etiam
uluis pyrius febrifugum est militum, antimonium
et crudum et diaphoreticum, aromata acerrima
gnea.

In capite sexto de diureticis agit Noster et in- p. 485.
er ea potissimum his in febribus efficacia reperta
unt semina pastinacae et balsamus de copaiua.
Roborantia in his febribus Noster considerat in se- p. 491.
ptimo capite, quae agunt 1) *neruos roborando* h. e.
antam ipsis elasticitatem, aut rigiditatem, aut quid-
quid illud sit, quod motibus morbosis restitit, con-
ciliando, vt ad impulsus febriles periodice excitari
solitos, non protinus in spasmos cieantur. Quo
fit, vt character febrilis elangueſcat pedetentim
et aboleatur: 2) *obtundendo neruorum sensilitatem*,
vt febrilem illum stimulum non percipiant. Reme-
dia haec vtrique indicationi facientia satis, audiunt
peruina et quidem roborantia priora, posteriora
vero narcotica, quorum quaedam hic nominemus:
nux moschata, dictamni albi radix, gummi aroma-
tica, inprimis myrrha, item quassia, flores-
que chamaemeli.

Iam venit Noster ad adstringentia in octauo ca- p. 500.
pite. Haec sunt plantago, gallae, cupressi coni seu
nuces, acaciae radix, cortex iuglandis, cerasi, fra-
xini, cascarillae, salicis cet. alumen crudum, mar-
tialia cet.

Inter

p. 515. Inter narcotica, quae nunc ſequuntur, men-
remus nucem vomicam, dulcamarae ſtipites, opi-
et varia eius praeparata et compoſita.

p. 527. In capite decimo de cortice Peruuiano No-
differit. Illius efficacia cernitur in ignota illa p-
egumena reuerſionum periodicarum cauſſa toll-
da, ideoque ille verum atque vnicum ſpecifico-
remedium febrifugum laudatur. Indicant eius v-
febris pertinacia, variis fruſtra adhibitis remediis
pra a Noſtro nominatis, periculum e febre imm-
nens et febris increſcens, euacuationibus praeſti-
Puluerem corticis Peruuiani omnibus reliquis fo-
mis et praeparatis Noſter refert. In doſi defini-
da reſpiciendum eſt ad remedii bonitatem et fo-
mam, aegri aetatem, apyrexiae durationem et lon-
tudinem, ac vel maxime ad morbi magnitudinem p-
riculumque. Porro differitur de variis remedi-
quae cortici diuerſas ob rationes admiſcentur, u-
rheum, radix ſerpentariae Virginianae, flores ch-
memaeli, opium et mercurius, aliaque. Contra ind-
cant autem vſum corticis Peruuiani inter alia aegr-
idioſyncraſia, aegritudo, a febre depulſa, auct-
flammatio interna, icterus cet. Atque ita vſum co-
ticis indicantia, contraindicantia et coindicantia C-
Auctor curate conſiderat et exemplis illuſtrat.

p. 583. In capite vndecimo tranſit Noſter ad compoſi-
febrifuga. Haec ſunt antifebrilis puluis MORTON
MEADII, DE HAEN, HOFFMANNI, TRILLERI, LA-
ZONI, NIGRISOLI, SENAC, TOZZI et KLAVNIC
cet. Electuarium HOFFMANNI, TRILLERI, NIGRI-
SOLI, pharmacopaei Geneuenſis, SENAC, trochiſci
HEVRNII, vinum HOFFMANNI atque TISSOTI.
Harum compoſitionum formulae hic inueniuntur
et alia praeterea eiuſmodi compoſita indicantur.

p. 597. Caput duodecimum febrifuga externa reme-
dia complectitur, quorum Auctores potiſſimum
ſunt

veteres, etiamsi et ea ipsa a recentioribus *) fantur. Haec sunt clysmata, balnea frigida et da, pediluuia, frictiones spinae dorsi variis entis et oleis, quorum hic Noster mentionem it; porro electricitas, epithemata varii generis variis corporis locis applicata. Epithemata haec vel neruina, vel vesicas aut pustulas excitantia, solum ruborem, vel emetica, e. gr. Erygerum Senecio vulgaris externe applicatum. Loca ve- sunt carpi, plantae pedum, poplites, axillae, cardia, dorsi scrobiculus cordis, regio lienis, renum, Cortex Peruuianus et hic externe suadetur ab toribus. Huc porro pertinent transplantatio p. 642. amuleta, quorum plurimorumvsum Noster mplis hic probat.

Vltimo capite traditur de regimine diaetetico. p. 656. entionem et hic facit Cl. Auctor appetitus auto- tici, quo sedato plerumque a febre conualescere gros exempla prostant. Ceterum non specta- hic solum ad alimentorum quantitatem, et qua- tem, item ad tempus ea exhibendi, sed etiam ad rem, lectum ac decubitum, motum muscularem, imique commotiones.

Appendix continet vndecim febrium intermit- p. 681. entium historias ab aliis aliisque Auctoribus DE HAEN, DONALD MONRO, SCHELHAMMER, BAL- LONIO cet. traditas, quae partim ea, quae antea Nostro sunt disputata, illustrant, partim singula- ra spectant phaenomena et integrae notatu gnae sunt.

*) vid. comm. nostr. Vol. XX. p. 294.

---

X. ERNST.

X.

ERNST ANTONS NICOLAI *Pathologie oder Wi*
*ſenſchaft von Krankheiten. Dritter Band. H*
*in Magdeburgiſchen verlegt von Carl Herm*
*Hemmerde* MDCCLXXIII. 8. *Seit.* 768. *auſſer d*
*Zueignungsſchrift und Vorbericht.*

i. e.

Pathologia ſeu ſcientia de morbis Auctore C
ERNESTO ANTONIO NICOLAI. Tomus III.

Hic tertius tomus complectitur continuatio
et finem doctrinae de febribus, quae tom
ſecundum tomum *) iam effecit. Finiunt pr
terea hunc tomum additamenta ad primum **
quoniam mutauit Noſter conſilium antea ſibi pro
poſitum, quod cernebatur in eo, vt eſſet hic libe
praelectionibus academicis accommodatus. Ac
que ita incipit cum febre ſcarlatina eiusque diver
ſitate, dein agit de vrticata, morbis inflammatoris
e. gr. pleuritide, peripneumonia, paraphrenitide
eryſipelate pulmonum, inflammatione pericardii
cordis, phrenitide, paraphreneſi, angina, inflam
matione ventriculi, enteritide, hepatitide, ſplen
tide et nephritide, veſicae, vteri cet. inflammatio
ne. Porro de febre aſode, peſtilentiali, fe
bribus putridis neruoſis, eſſera, Sora, Sare, pa
phigo, aphthis cet. Cl. Auctor agit. Iam de ſingu
lis nonnullis exempli loco videamus.

p. 29. Scarlatina non ſemper Noſtro videtur contagio
ſa. Multum cum ea conuenit vrticata, quae et di
citur eſſera ſora et ſare, germanice *Wiebelſucht.*

Nunc

*) v. comm. noſtr. decad. III. Suppl. I. pag. 22. quod
proxime pollicemur.
**) v. ibid.

Nunc progreditur Noſter ad febres inflamma- p. 34.
rias. Non omnes inflammationes excitant fe-
rem. Nam niſi ſpaſmus fibrarum, quem oportet
mitari inflammationem, per totum corpus pe-
tret, nunquam oriri poteſt febris. Atque pri-
mum quidem pleuritidem et peripneumoniam
berius perſequitur et pleuritidis varias ſpecies, vt
ſanguineam, inflammatoriam, phlogiſticam; ve-
m exquiſitam, legitimam, eſſentialem, puram,
rdinariam, putridam, bilioſam putridam et non
putridam, benignam, malignam, flatulentam, ver-
inoſam, ſtomachalem, inteſtinalem, hepaticam,
ituitoſam, catharralem, epidemicam, veram et ſpu-
iam ſeu nothan, veram internam, veram externam,
ſpuriam idiopathicam et deuteropathicam, flatulen-
m catarrhalem. Dein contemplatur Noſter pleuri- p. 130.
idis ſpecies a Cl. SAVVAGES in noſologia ſua metho-
ica *) conſtitutas, et peripneumoniae diuerſam
ſedem atque diſtributionem tradit. Eryſipelas pul-
monum, morbus a LOMMIO quidem deſcriptus,
attamen obſcure, videtur Noſtro eſſe inflammatio
mediaſtini. Carditidem Noſter exponens, Cl. p. 219.
DOEVEREN exempli **) mentionem fecit et
varios caſus de exulceratione cordis memorat.
Phrenitis ſ. phreneſis ſ. phrenetiaſis alio atque alio p. 225.
modo ab Auctoribus deſcribitur et explicatur. Va-
rias eapropter Cl. Auctor hic collegit Auctorum
variorum ſententias et pari modo de paraphreniti-
de agit. Symptomata paraphrenitidis leuiora ſunt,
quam phrenitidis ſequelae, eſt ea non tam cito le-
talis, quam haec, et facilius ideo curatur. Saepius
quoque apparet paraphrenitis, quam phrenitis,
ſed

*) Tom II. p. 448 ſqq.

**) v. comm. noſtr. Vol. XIV. p. 160.

ſed alio nomine plerumque occurrit. Febres enim exanthematicae, malignae putridae ſaepe nihil aliud ſunt, quam paraphrenitides, quarum morborum cauſſa in abdomine eſt quaerenda. Ne-
p. 265. probat Noſter diuiſionem, anginae et cynanches neque enim eam neceſſariam neque vtilem cenſet potius reſpicit ad reſpirationem et quanto difficilior eſt ea, tanto periculoſior angina euadit. Gaſtri-
p. 327. tem rarum eſſe morbum alii affirmant, alii negant. Affirmatur praecipue a FRIDERICO HOFFMANNO. Dum Noſter metritidem ſeu hyſteritidem pe- ſequitur, febrem puerperarum peculiarem a (
HVLME primo deſcriptam memorat, cuius ve-
p. 512. a nobis alibi *) eſt mentio iniecta. GESNERI fe- bris craſſa videtur Noſtro eſſe febris cachectica et febris neruoſa lenta, quam HVXHAMVS accurate deſcripſit, eaque oritur ab acrimonia quadam, quae humores nimis reſoluit et magnam imbecillitatem atque debilitatem inducit.

p. 675. Additamenta ad primam partem finiunt hunc tertium tomum. Si motus corporum, qui per canales corporis humani fiunt, conſiderantur, a tribus potiſſimum cauſſis pendent; nimirum 1) a corpore, quod per canales corporis humani mouetur; 2) a canalibus, per quod motus corporum fit; 3) a vi, qua motus quorundam corporum per canales corporis humani efficitur. E. gr. ſanguis, vaſa ſanguifera, et contractio eorum, porro aër, canales aërei, nares nempe, os et aſpera arteria et vis reſpirationis. Atque ita vrinae fluxum, partum, ſeminis eiaculationem cet.

Quod

*) v. ſupra p. 73. ibi et Cll. LEAKE et WHITE, eandem rem tractantium, ſcripta recenſuimus.

Quod si vero hi motus per canales corporis p. 711.
humani rite fieri debent, eorum corporum resi-
tia contra vim, qua mouentur, non adeo fortis
, pariter et canalium resistentia sese habere de-
et tertio vis, quae motus corporum per cana-
corporis humani efficit, tanta sit, vt resisten-
naturalem, qua pollent corpora mouenda
habent canales et quam, corpora cum cana-
corporis humani coniuncta praestant, supe-
. Fac itaque, vt siue resistentia horum corpo-
quorum motus per canales fieri debet, nimis
gna sit; siue vt resistentia praeternatura-
in modum magna sit, quam canales vi, qua
entur, opponunt, siue vt corpora per nostros
ales vis mouens praeternaturaliter parua sit;
deficiens motus eorum corporum per canales
poris humani, quem Noster obstructionem
minat, vt oriatur necesse est.

Caussa itaque omnium omnino obstructionum p. 713.
siue nimis magna resistentia canalium corporis
mani, siue nimis magna resistentia corporum,
canales mouendorum, siue praeternaturalis
bilitas, vis et ita eiusdem partis, a qua mo-
corporum per canales corporis nostri effici
bent.

XL.

Diſſertatio inauguralis, de morbis cutan
Quam eruditorum examini ſubiicit
SEPHVS DIMSDALE, Britannus. S
Med. Edinburg. Sod. Edinburgi: Ap
Balfour et Smellie, Academiae Typog
phos. MDCCLXXIII. 8. mai. pagg. 39.

Gratus Cl. CVLLEN, cui etiam diſputatio
hanc adſcripſit, diſcipulus Auctor No
primo loco oſtendere annititur, morbos hos
ſemper, nec niſi admodum raro, a vitiata qual
ſanguinis ipſius repetendos eſſe, partim quia
ſecreta ſaepiſſime in ipſis demum organis ſecr
riis formantur, vti teſtatur mucus et pus; part
quia eruptiones cutaneae interdum tantum a
tione in ipſius ſanguinis, maiori minoriue impe
vaſa cutis determinati, diſtributione pendent, quo
ſum refert Noſter guttam roſaceam a potu aq
ortam et huic ſubſtituta cereuiſia diſparentem, et
anthemata ab eſu variorum animalium v. c. myt
rum cet. exorta; obiectionem, a periculo petit
quod vlcera naturalia aeque ac artificialia, m
peſtiue ſiccata, item repulſionem eruptionum c
tanearum ſequitur, non euincere exiſtentiam ac
moniae in ſanguine praeſentis, ſed effectus ho
dem ad mutationem in fluidorum determinatio
referendos, et cum effectibus, ſuppreſſionis m
ſtruorum comparandos eſſe; diſpoſitionem humo
rum generalem nullam eſſe, inde apparere, quod
remediis in eos vniuerſim agentibus adeo paru
efficiatur, topica e contrario longe breuiore tem
pore curationem abſoluant cet. Ab his tamen mor
bis eximit eos, in quibus manifeſte ab acrimonia

humo-

morum gignuntur ac fouentur cutis morbi, bolum, luem veneream, ſcrophulas, exanthe- contagioſa (ſine dubio variolas et morbillos; purpura enim aliter ſentit Cl. Auctor, eamque niſi ſymptomaticum morbum putat), venena vulnera inflicta cruori immixta, cancrum, alioſ- affectus reſorptione totum ſyſtema vitiantes. nc fontes horum morborum conſideraturus, in rales ac praeternaturales eoſdem diſtinguit: rum ſedem declarat in cuticula, vtpote naturali spirationis organo, in bulbis pilorum, et deni- in ductibus excretoriis glandularum ſebacea- ponit. Praeternaturales fontes amplius non git, ſed ad Auctores, qui de variis eroſionibus nibuſque ſcripſerunt, prouocat.

Tandem therapeutica quaedam ſubiungit, mo- inutile atque ſaepe adeo noxium eſſe, mul- affectus cutaneos, quum mere topici ſint, ca- rticis aggredi velle; et exemplum pſorae addu- quae ſulphure et mercurio extus adhibitis ui feliciſſime tollatur, priori tamen remedio, erne vſurpato, vſu carente et altero nonniſi tar- agente; ſaepe etiam ſolummodo parte affecta ta curationem praeſtari poſſe, vt in tinea (vbi m herpetis curatio per veſicatorium adduci de- ſſet); perperam hos morbos, etiam fomite in ſa humorum haerente, purgantibus ſananda tari, febrilia tamen exanthemata laxantibus an- blogiſticis non parum leuari. Poſtmodum de lectu diaphoreticorum diſſerit: aquis minerali- licet potiſſimum per vrinam euacuent, tamen um non denegat; ex vegetabilibus autem, ad octa lympham depurantia adhiberi ſolitis, ſo- m guaiacum virtute diaphoretica pollere aſſerit, num adeo inſignem ſemper vſum praeſtet ipſe

dubitat; potentius et certius agunt antimonia inprimis regulina eius pars, et mercurius, vero, quibusnam potissimum morbis curatio commodandus sit, aliorum iudicio Auctor sster relinquit.

XII.

An Essay on the most effectual means of p seruing the health of seamen in the R nauy, and a dissertation on fevers and fection. Together with Obseruations the lail Distemper and the proper means preuenting and stopping its infection. JAMES LIND M. D. a new edition *) enlarged and improued. London printed P. Wilson and G. Nicol. 1774. 8. p. 30

h. e.

Tentamen de mediis maxime efficac seruandi sanitatem nautarum in c regia. Accedit dissertatio de febribus contagio, vna cum obseruationibus febre carcerum et methodo contagi illius destruendi et se ab illo praeser Auctore IACOBO LIND M. D.

Celeberrimus Anglorum medicus Cl. LIND cuius alia scripta iam variis nostrorum commentariorum locis indicauimus, vno hoc volumine duos libellos iterum eosque auctos et emendatos edidit, qui antea distincti iam in lucem prodierant.

*) vid. comm. nostr. Vol. XIII. p. 481.

In primo libello, qui regulas de conſeruanda p. 1.
nitate nautarum continet, quidquid longa expe-
ntia hac de re Auctorem Cl. docuit, id omne
uiter et ita deſcribitur, vt et ab iis, qui a medi-
arte alieni ſunt, commode intelligi queat.
um vero illae in compendio vix tradi poſſint,
quentes obſeruationes adduxiſſe ſufficiat. In
ntemtrionalibus regionibus, vbi perſpiratio ſae- p. 15.
ſupprimitur, vſus allii, ceparum et ſimilium ra-
um maxime proficuus eſt. Commendat quoque
ſuper vſum infuſi ſpirituoſi allii.

Naues recens conſtructae ſanitati nautarum p. 23.
norum vaporem, qui ex ligno exhalat, plu-
um nocent. Errant nauarchae in eo, quod p. 26.
dum nautarum, dum ex frigidiore in cali-
s clima nauis tranſit, non mutent, eaque
inter cauſſas morborum, quibus nautae in
alidioribus regionibus infeſtantur, non vltimum
cum tenet.

Methodum vegetabilia et herbas per ſatis p. 39.
ngum tempus in recenti ſtatu conſeruandi Cl.
uctor fuſe deſcribit. Vſum infuſi ſpirituoſi p. 63.
rticis Peruuiani, tanquam egregium antido-
um contra febres contagioſas commendat. Quam
xii vapores ex paludibus in regionibus calidis p. 81.
rſurgant, variis exemplis Noſter probat ac fuſe
triſtes effectus, quos in Guineenſi ora eiuſmodi
ebulae habent, enarrat. Methodum aquam p. 88.
arinam per deſtillationem ita purificandi, vt dul-
at, qualis ea nunc in Anglia vſitatur, deſcri-
Cl. Auctor.

Ingratus ſapor, quem aqua marina deſtilla-
habet, non a bitumine quodam in eo prae-
nte pendet, ſed empyreumaticus tantum omni-

bus aquis deſtillatis communis eſt, atque
p. 103. aëri libero expoſita breui perit. Hinc omnia
additamenta, quibus tranſitum bituminis impe
voluerunt, minus neceſſaria ſunt. Continet e
aqua nullum plane bitumen, ſed tantum al
rinum et ſalem amarum catharticum et in aq
marina deſtillata nil peregrini, quam quae
acidi ſalis marini veſtigia reperiuntur.

p. 131. Secundum huius libelli caput regulas exhi
quae in praeſeruatione et curatione morbo
contagioſorum, qui in nauibus occurrunt, obſe
vandae ſunt. Fumigationum vſum maxime com
mendat. In febribus valde contagioſis aegri,
in aëre libero et tentoriis decumbunt, facilius re
p. 151. rantur, quam ii, qui noſocomiis incluſi ſunt. In
appendice venaeſectionum incautum vſum in re
gionibus calidioribus ſaepius nocere, interim ta
men illam etiam in plethoricis haud raro neceſſa
riam eſſe, ita vt medicus ſine ſummo aegri damno
eam omittere haud poſſit Cl. Auctor oſtendit.
Gallicos medicos ob abuſum venaeſectionis in
eiuſmodi malis et Hiſpanicos medicos ex eo repre
hendit, quod praeter venaeſectionem in omnibus
morbis calidarum regionum, chronicis et nervoſis
non exceptis, ſine vllo facto diſcrimine, etiam re
frigerantia adhibeant, cum tamen in ſimilibus mor
bis ſaepius aromaticis et roborantibus remediis
opus ſit. Inprimis hoc in conualeſcentium cura
obſeruandum eſt. Licet enim in Noſtris regioni
bus frigus atmoſphaerae tonicam vim exerceat at
que aegri poſt morbum acutum ſuperatum ſaepius
ſine vllo remedio conualeſcant, in calidioribus ta
men regionibus non ſolum roborantia et aroma
tica, ſed et climatis ſaepe mutatio ad recuperan
dam

um perfectam ſanitatem requiritur. Indi et Ni-
tae copioſas venaeſectiones non ferunt et cibis
is ſemper aromata calidiora admiſcent, quae et-
am in his regionibus ſummi Numinis prouiden-
a copioſe creſcunt.

His Cl. Auctor varias obſeruationes thermo- p. 163.
metricas circa gradum caloris et frigoris, quae in
diuerſo climate cum vno eodemque thermometro
inſtituta fuerunt, nec non catalogum morborum,
addit, qui in 6000 circiter aegris, per duos annos
in noſocomium ſuum receptis, obſeruati fuerunt.

In diſſertatione *de febribus et contagio*, cuius ali- p. 181.
quot capita iam olim titulo inferius citato prodie-
runt *), quae vero in hac editione multum aucta et
emendata ſunt, de morbis contagioſis agit, qui in
claſſe regia et noſocomio, cui Cl. Auctor praeeſt,
tempore vltimi belli graſſati ſunt. Hiſtoria vero
eorum morborum, qui in claſſe obſeruati fuerunt,
probat, maximam febrium partem, quibus nautae
infeſtantur, a contagio quodam naui inhaerente,
aut per veſtimenta et alia vtenſilia nautarum illi
illato proficiſci. Febres quoque inflammatoriis
plane ſimiles a contagio oriri pluribus exemplis
demonſtrat. Alio tempore et in aliis aegris con-
tagioſae febres ſe ſub ſpecie febris intermittentis
oſtendebant, in quo morbo veſicatoria, in omni fe-
bre ex contagio orta maxime vtilia, celerrimam
opem tulerunt. Ad ſtranguriam, quam canthari-
des ſaepe excitant, impediendam Cl. Auctor cly-
ſmata cum oleo lini et diluentium ac mucilagino-
ſorum, nec non camphorae internum vſum com-
mendat, quam etiam vnguentis addit, quibus re-

 gionem

*) Two papers on fevers and infection.

gionem hypogaſtricam et pubis illinit. In fe
lutea ſ. bilioſa Americana (*yellow fever*) ſer
ſanguinis e vena miſſi flauum et amaricans
Diarrhoea in his febribus orta ſuſtinenda eſt.
dolore fixo topica remedia interne datis reme
praeferenda ſunt. Frigus contra vulgarem opini
nem, contagii progreſſum non impedire prob
imo aër frigidus humidus ſaepe contagii malig
p. 218. tatem auget. Aër, quem mari inſpiramus,
aſſuetis inprimis magis ſanitati conducit, quam ill
quo terra continente frui poſſumus. Et
diarrhoeae leues et chronicae contagioſae ſunt. Con
tagioſi morbi gradus et periculum a qualitate
natura miaſmatis recenſetur. Hoc ſaepe veſtimen
tis et ſtragulis inhaeret, pluraque exempla ofte
p. 226. dunt, illud vel aëris externi acceſſu non deſtru
Fumigationes vero efficaciſſimum ad delenda mia
ſmata remedium eſſe Cl. Auctor ſaepenumero ex
pertus eſt. Inprimis ſulphuris fumus conducit.

p. 238. Secundo capite nouis obſeruationibus Cl. Au
ctor probat, plures morbos, qui maligni propria
non dici poſſunt, tamen contagioſos eſſe. Odor
contagioſus, qui ex aegrotorum corpore in eius
modi morbis exit, comparatur a Noſtro odore
ſtraminis corrupti et putridi. Poſt febres conta
gioſas recidiuae ſaepe occurrunt, inprimis ſi quae
dam diaetae vitia committuntur, quae etiam, ſi in
contagium in corpore latet, illius euolutioni anſa
praebent. Vſus vomitorii ſub primo horrore fe
bris, quae e contagio orta eſt, antequam pulſus
plenitudo et celeritas vomitorii exhibitionem pe
riculoſam reddit, ſaepe aegrum in ſanitatem reſti
tuit. Idem quoque in recidiuae initio ſimiles effe
ctus praeſtat. Coniungenda tamen etiam cum
eo purgantia et clyſmata, atque deinde exhi
benda

enda ſunt diaphoretica, vt ſal cornu cerui ad gra- quinque cum laudani guttis viginti, aut aliquot una camphorae in ſero lactis vinoſo. Hac me- odo ex decem aegris, miaſmate febris malignae fectis, certo octo ſine vlteriore morbi progreſſu eſtitui, Noſter aſſerit. Numqnam vero alexi- pharmaca exhibeantur, niſi praegreſſis neceſſariis uacuationibus. Quodſi vero vomitorio exhibito, tamen euacuationes durent, aut vomitorium ne- glectum, aut peruerſa medendi methodus adhibita ſit, tunc ſtatim veſicatorium, ſi corpus vel extre- mitates dolent, dorſo, ſi autem dolor pectus oc- cupat, dolenti loco applicetur. Celerrime opem veſicatoria in initio ſtatim applicata ferunt, ita vt plerumque ex viginti circiter aegris, quibus ve- ſpri veſicatorium applicatum fuit, ſedecim niſi febris ſumma ſit malignitas, altero die calorem, cephalalgiam, dolorem extremitatum et febrem iam amiſerint. Venaeſectio in initio febrium ma- lignarum ſemper nocet aut, ſi etiam a plethora indicata ſit, tamen poſt eam vomitorium non ae- que vtile eſt. Huius methodi praeſtantiam Cl. Auctor in multis aegris expertus eſt. Non ſolum aliquot aegrotorum millia ea ſanauit, ſed etiam ex centum et quod excurrit miniſtris, aegris in noſo- comio ſuo adſtantibus, octodecim menſium ſpatio quinque tantum perierunt, licet illud noſocomium ſemper maxime aegrotorum febre maligna correptorum copia refertum eſſet, pluresque ex his mi- niſtris quinquies vel ſexies miaſma ſuſciperent.

Antimonialibus medicamentis ſpecificam con- p. 258.
tra febres acutas vim Noſter tribuit. Oſtendunt eam etiam tunc, quando non vt euacuans, ſed vt alterans tantum remedium operantur. Ea ſemper in minori, ſed ſaepius repetita doſi exhibeantur.

Vnicuique dosi tamen quatuor vel quinque gr. camphorae et totidem grana nitri Auctor Cl. ad. quod etiam clysmatibus admiscendum est. N. solum in inflammatoriis, sed et in putridis fe. bus, imo in ipsa peste vtilissima sunt. Si anti. nialia remedia vomitum vel diarrhoeam excit. iis opiatum addit. Contrayerua et Serpent. Virginiana nullam specificam vim contra morb. acutos habent. Opiata inprimis in decremento f. brium vtilia sunt, aegro iam valde debilitato exhausto, vbi veram analepticam vim ostendu. Ex vno eodemque miasmate febres indole sua va. de diuersae in diuersis aegris, v. c. febres bilios. petechizantes, miliares, oriuntur. In hepa. inflammatione, morbi vehementia iam venae. ctione et salium mediorum vsu imminuta, mercu. rius viuus, terreo medicamento mixtus, qua. praeparationem in Anglicis officinis *mercurii alu. lisati* nomine insignire solent, in India orientali, in pluribus Anglicis militibus vtilissimum se ostendit. Fomenta et pediluuia, a WHYTTIO in delirio fe. brili adeo commendata, etiam Cl. LIND summo cum fructu in suis aegris adhibuit. Nigras pete. chias Cl. Auctor raro vidit.

p. 270. Si nulla alia malignitatis symptomata adsint, sola petechiarum praesentia malignam morbi natu. ram non ostendit. Valde mutabiles sunt petechiae et saepe leuibus quoque caussis euanescunt aut palli. diores fiunt. In vniuersum signa prognostica in febribus acutis saepe fallacia sunt In aegris iam moribundis pulsus quandoque bonus est, aut in diuersis corporis partibus varius deprehenditur. Hinc ex omnibus figuris et symptomatibus simul sumtis tantum perfectum de aegri statu iudicium

formari

formari potest. Amissus oculorum splendor, sudor
fotens et mala natura puris, quod ex vlceribus per
vesicatoria excitatis prosluit, inter pessima signa
referuntur. Diarrhoea, quae post morbum acu-
tum superatum remanet, a debilitate pendet, et
roborantia remedia exigit. Tussis, quae eiusmodi
aegros infestat et phthisin mentitur, non ab vlce-
re pulmonum, sed vt Cl. Auctor saepius vidit, a sero
in cauitatibus internis et tela cellulosa stagnante
oritur. Etiam in eiusmodi aegris roborantia neces-
saria sunt, quae Auctor cum vsu lactis et rhabarbari
cum calomel coniungit.

In cadaueribus eorum, qui morbis contagiosis p. 279.
perierunt, Cl. Auctor fere semper magnam puris
gelatinosi in aliqua cauitate effusi quantitatem re-
perit. Simile hoc est crusta illa, quae sanguinem
in vena missum in eiusmodi aegris tegit: super-
ficies viscerum, quae in cauitatibus contenta erant,
in quibus haec puris collectio reperiebatur, variis
vlceribus minoribus erosa deprehendebatur.
Pendet vero haec lymphae purulentae effusio ab ex-
sudatione lymphaticae seu glutinosae partis san-
guinis, quae etiam crustam phlogisticam format
et quae in variis morbis se a reliquis sanguinis
principiis separat ac in has cauitates extravasatur.
Monet Cl. Auctor hac occasione se tres species ex- p. 285.
travasationum in morbis, in scorbuto nempe,
phthisi et febribus obseruasse. In primo morbo
sanguis non in telam cellulosam solum, sed et in
ipsam musculorum substantiam effunditur, ex qui-
bus, si cadauera hominum scorbuto demortuo-
rum dissecantur, saepe magnae sanguinis coagulati
massae eximi possunt. In intestinis etiam, ventri-
culo, omento cet. in eiusmodi hominibus macu-
lae rubrae vel nigrae deprehenduntur, quae a cruo-

re

re in telam celluloſam horum viſcerum effuſo
untur. Si, vti nonnunquam fit, in ſcorbutica
in pedibus effuſa, oedema producit, illa telam
luloſam ſubcutaneam tantum occupat. Secunda
trauaſationis ſpecies eſt in phthiſi, vbi aqua in
lam celluloſam muſculis interiectam extrav
Tertiam tandem Noſter facit illam exſudatio
lymphaticae partis ſanguinis, quae in febri
nonunquam accidit, de qua modo diximus, e
a peculiari mutatione lymphae eiusque mut
in materiam puri analogam pendet. Pus vero i
bribus ſaepe in pectoris cauitate colligitur. H
vſus, quem veſicatoria ſi mox in initio adpli
praeſtare ſolent, forte ex eo pendet, quod il
ceſſum particularum purulentarum et corr
rum e corpore promoueant. Si infectio a co
ribus peregrinis in ſanguinem illatis pendet,
in lympha ſine dubio continentur, atque
euacuatio ad ſanationem morbi multum con
Hinc fonticuli et ſetacea a peſtis ſimiliumque
borum contagio nos tutos praeſtant et abſc
v. c. bubonibus peſtilentialibus ortis ven
ſuſceptum iterum e corpore expellitur. Si
catoria vel nullam plane veſicam excitant,
teria effluens flaueſcens, virideſcens et foet
hoc ſummum aegri periculum indicat, ita vt
hac ſola re de malignitate morbi iudicium
p. 289. poſſit. Non ſumme malignae tantum
ſed et leuiores ſaepe contagioſae ſunt atque
ptomatibus tantum et periculi gradu pro
p. 292. aegri conſtitutione differunt. Febres natura
malignae contagioſae, nonnunquam ſatis beni
ſunt, vt febris flaua Americana. Nonnunqu
febris contagioſa, quae in initio maligna fuit, p
quam epidemica per aliquod tempus graſſata
imag

magis benigna fit, imo contagiosam suam naturam amittit, quod exemplo variolarum Cl. Auctor probat. Causam vero huius rei, vt plura alia, quae circa contagium obseruari possunt phaenomena, non explicari posse candide Noster fatetur.

Tertio capite, quod *additamenta* varia continet, Cl. Auctor variis obseruationibus confirmat, vnam eandemque febrem contagiosam in diuersis aegris symptomatibus suis ita variare, vt febres diuersas quasi producat. Anginam malignam, quae in Anglia satis frequenter grassatur, speciem pestis seu ex ea ortam esse probat. A TOVRNEFORTIO, qui eam in Archipelagi insulis vidit, *pestis infantum* nomine insignitur. Confirmat Cl. Auctor vsum praecocem emeticorum in hoc morbo. Pessimum signum est, p. 303. si in febribus malignis vlcera vesicatoriis excitata crusta gelatinosa coriacea teguntur, quae nonnunquam pollicem crassa est et a partibus subiectis tantum parua liquoris ex iis exsudantis copia separatur. Si caro subiecta maculas albas vel rubras ostendit, bonum est; si vero maculae pallidae vel obscuri coloris sunt, aeger certo perit. p. 299.

Quarto capite *de febre carcerum* (Iail-feuer) differit, quae in Anglia saepius, vti ex aliis scriptoribus notum est, magnas strages edit. Haec febris vt plurimum, ad neruosas malignas pertinet, atque licet fere nulla symptomata adsint, ex quibus malignitatis suspicio oriri possit, tamen saepe lethalis est. Contagiosa est, licet non omnes, qui eius vi expositi sunt, et v. c. vno carcere continentur, afficiat. Miasma vt plurimum vestimentis et stragulis, non aëri inhaeret. Inter remedia, quibus contagii vis destruitur, ignis reliquis omnibus praeferendus est. Quae Cl. Auctor de febribus contagiosis, quae tempore vltimi belli in classe Gallica p. 306.

grassa-

graſſatae ſunt, de methodo contagii febris carc-
rum progreſſum in carceribus et iudicis publ-
p. 349, impediendi cet. habet omittimus. Methodu-
quoque Cl. Auctor deſcribit, qua aegros febri-
contagioſis laborantes ex claſſe Ruſſica, quae a
mare mediterraneum iter faciebat, in ſuo noſo-
comio tractauit.

## XIII.

Pharmacopoea Suecica. Cum gratia atque priuilegio Sacrae Regiae Maieſtatis. Holmiae MDCCLXXV. typis Henr. Fougt Eq. Ord. Waſae Typograph. Reg. 8. pagg. 237. praeter dedicationem, praefationem et tabulam.

Placet profecto haec pharmacopoea, quae et denuo latine impreſſa *) ac in Germanicam linguam cum annotationibus eſt translata **) breuitate, bono ſelectu ſimplicium remediorum et ſimplicitate compoſitorum medicamentorum. Nam ita ea a Collegio Medico eſt ſuſcepta, vt primum medicamenta ſimplicia iuxta alphabeticum ordinem et cum nominibus pharmaceuticis enumerentur, additis nominibus Linnaeanis, dein praeparata et compoſita cum indice eorum exponuntur, adiecta tabula, exhibente quantitatem opii, mercurialium, emeticorum et purgantium in medicamentis compoſitis. Inter canones, qui ſunt propoſiti, quoſdam modo indicemus: herbae,

*) Pharmacopoea Suecica. Holmiae et Rigae apud .. Fr. Hartknoschium. 1776. 8.

**) *Leipzig.* 1776. 8.

lae, plantarum ſummitates et flores ſiccentur leniter ad lenem ignem; plerique ſucci gummoſi et gummi reſinae triturentur gelu vrgente et ſeparentur ab heterogeneis: pro pulueribus compoſitis fiant ſingulorum ingredientium pulueres et deinde miſceantur exactiſſime in mortario: cet. Comparauimus quaedam compoſita remedia, eaque vtiliter et apte mutata eſſe deprehendimus e. gr. Lohoc ſanum et expertum, p. 131. quod hic linctus leniens appellatur; morſuli Imperatoris, p. 133. qui hic morſuli aromatici melius p. 145. nominantur: pilulae polychreſtae, ſpecies cephalicae vulgo ſpecies pro cucupha dictae, diaſcordium FRACASTORII, extractum panchymagogum CROLLII cet. p. 169.

Exempli loco quaedam compoſita medicamenta hic habeto: *Balſamum neruinum* vulgo balſamum vitae. Recipe olei ſtillatitii caryophyllorum, cinnamomi, lauendulae, macis, ſingulorum ſcrupulum vnum, tincturae ſuccini vncias quatuor. Miſce. p. 73. *Diaſcordium* vulgo confectio Iaponica ſiue electuarium e ſcordio FRACASTORII. Recipe ſucci Iaponici depurati vncias tres, foliorum ſcordii, fabae pechurim, radicis tormentillae, ſingulorum vncias duas, pulueratis admiſce opii in vini Hiſpanici q. ſ. ſoluti drachmam vnam cum dimidia, ſyrupi roſarum vncias viginti octo. Fiat Electuarium. Si aliquamdiu ſeruatum areſcat, vini Hiſpanici paulum adiiciendo, ad debitam craſſitudinem redigatur. p. 88. *Emulſio ſalina.* Recipe Tartari Tartariſati drachmas duas, mellis vnciam vnam cum dimidia, aquae fluuiatilis libram vnam. Solutionem in mortario marmoreo triturando miſce cum amygdalarum dulcium

contu-

p. 111. contuſarum vncia vna. Cola. *Extractum* [illegible] *ticum* vulgo extractum catholicum ſiue [illegible] magogum CROLLII. Recipe colocynthidis [illegible] minibus purgatae vncias duas, aquae fluu[illegible] libras duas, coque leni igne ad dimidium et [illegible] latura balnei calore evaporetur ad mellis [illegible] dinem. Tum ei admiſce ſequentia in pul[illegible] rem tenuem trita: ſcilicet aloes ſuccotrinae [illegible] duas, ſcammonei vnciam vnam, tartari vitr[illegible] drachmas duas. Maſſae ab igne remotae ad[illegible] extracti nucum iuglandis drachmas tres, olei fil[illegible] titii caryophyllorum drachmam vnam. Miſcean[illegible]

p. 146. *Pilulae ſaponaceae* ſiue pilulae anthartic[illegible] Recipe ſaponis albi Hiſpanici vncias duas, extr[illegible] cti betulae vnciam vnam, rhabarbari pulver[illegible]

p. 148. drachmas duas. Miſceantur. *Puluis alexit[illegible]* vulgo puluis ſudoriferus DOWERI. Recipe [illegible] cis antimonii diaphoretici vulgo antimonii [illegible] phoretici vnciam vnam, radicis ipecacuanh[illegible] pulueriſatae grana ſedecim, opii grana octo. Fi[illegible]

p. 153. puluis bene miſcendus. *Puluis nutricum.* Recipe magneſiae albae vnciam vnam, flauedinis cor[illegible] ticum aurantiorum, ſeminum foeniculi ſingula[illegible] rum drachmam vnam, ſacchari albiſſimi dra[illegible] chmas duas. Mixta in pulueren rediguntur. Index praeparatorum et compoſitorum medica[illegible] mentorum finit hanc pharmacopoeam.

XIV.

XIV.

Apparatus medicaminum tam ſimplicium, quam praeparatorum et compoſitorum in praxeos adiumentum conſideratus. Volumen Primum. Auctore IOANNE ANDREA MURRAY D. medicinae et botanices in Academia Regia Gottingenſi profeſſore publico ordinario, horti regii botanici praefecto, Regiae Academiae ſcientiarum Gottingenſis et Holmienſis vti et ſocietatum oeconomicarum Bernenſis et Cellenſis membro. Gotting. apud Ioannem Chriſtianum Dieterich 1776. 8. mai. pagg. 627. praeter dedicationem et praefationem.

Ergo in praxeos adiumentum hic apparatus medicaminum a Cl. Auctore eſt diligenter collectus et docte conſcriptus, atque talis a nobis deprehenditur, qualem exſpectauimus *). Id quod tum ex praefatione a Noſtro praemiſſa intelligitur, in qua primum, quid ad conſcribendam materiam medicam vtilem pertineat, perſequitur, dein ſuae operis ipſius rationem exhibet, cuius ſumma profecto perquam vtiliter eo redit, vt hic colligat Cl. MURRAY tam ſimplicia, quam praeparata et compoſita medicamina in verum atque rectum practicum vſum. Ac primum quidem in materia medica recte conſcribenda, vti in praefatione docet, ad hiſtoricam medicamentorum ſimplicium cognitionem, quae baſis eſt reliquorum omnium, quae de medicamento ſcitu ſunt neceſſaria, reſpicit Cl. Auctor, atque in ea requirit, vt praemiſſo nomine pharmaceutico et ſyſtematico talis ſpeciei

*) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 512.

ſpeciei deſcriptio ſuppeditetur, qua ab affinib
dignoſci poſſit; ſubiectis ſynonymis prob
bus; icone ſelecta; cum patria et ſaepe qu
ſoli genio, quod inſignem vim in mutandis
pium viribus habet, exemplo Valerianae offici
manifeſto; et ſi qua cum alia ſpecie, ſimilitud
arctius iungitur, et huius, etſi apud medicos
vſitatae, notae, diſcriminisque vtriuſque cu
enumerentur. Porro character illius partis, qu
uſum vertitur, ſuggeratur, dein ſigna bo
cet. Quapropter Ill. LINNAEI tam nom
quam deſcriptiones praemiſit, ſynonyma ad
hinc inde proprio ſtudio collecta, additis fo
icones in libris diſperſas, naturaeque con
tiſſimas et pariter locos natales laudauit; n
inter pharmaceutica memorat Anglorum et G
lorum: ex itinerariis multa inprimis exotica
dicamina deriuauit; praeparata atque compo
ta non ſolum Germanorum, ſed etiam Anglorum
Danorum cet. pertractauit, additis praeterea vari
compoſitis hinc inde in libris ſparſis.

Hiſtorica parte medicamentorum a Noſtro di
ligenter conſiderata, ad virtutes eorum expendendas definiendasque Cl. Auctor progreditur. Atque hic Cl. MVRRAY non ſolum medicum vſum curauit, ſed et oeconomicum adiecit. Aliis atque aliis modis, quorſum et chemicam analyſin refert, quibus hoc ab Auctoribus variis ſit peractum, enarratis, optimum virtutum medicaminum magiſtrum experimenta iudicat, nec haec vnice in hominibus vel brutis inſtituta, ſed etiam extra corpus vivum capta, etiamſi et hic Noſter monſtrat antiſtare omnibus reliquis inueſtigandi vires medicaminum modis experientiam in ipſo humano corpore ſuſceptam. Atque hic ſibi poſuit legem, vt iis potiſſimum effatis inhaereret, quarum veritas fida

caſuum

...num narratione et ſimplicitate methodi enituit. ...e accuratio quum in recentiora praecipue ca... ad haec praeſertim ſermonem reſtrinxit. Sub... in hiſtoriam inuentionis deſcendit, fatetur ta... Cl. Auctor ſe potuiſſe plura de hac dicere, ſi ...ici medici intereſſe haec ſcire putarit. Ra... modum, quo vim exſerant medicamenta, expli... tentauit. Praeſtat enim ſcire, quid remedium ..., quam quomodo effectum edat. In huius ...itionis locum fidam omnium momentorum, ... ad curationem ſpectant, commemorationem ...uendam duxit, et ſeriem naturalem in vege...ibus elegit, vt omnia, quae de medicamento ...enda ſunt, vno loco traderentur. Vegetabilibus ...ideratis, cui quaedam incertae originis dete... ſubiunxit e. g. radicem Lopez, Columbo, Caſ...dis cet. ad animalia et mineralia progredietur ...ſtur. Peculiare caput remediis arcanis deſtina..., vti ſunt, puluis febrifugus CLOSII, puluis IA... cet. dein aquas conſiderabit, ſiue pura illa ..., vel forma fluida, vel in niuem glaciemque con...ata, vel in vapores diſſoluta, ſiue medicata. ...eſtes curationes ſequentur per aërem, per electri...tem cet. Sufficiant haec praefationis momenta ...cipua ad demonſtrandam huius operis pro...ſio magnam vtilitatem, quod tribus vel quatuor vo...minibus abſoluetur. Primum volumen, quod hic ...uiter indicemus, (ſunt enim neceſſario Lectores ...ipſum librum legendum amandandi) ſtirpes ſiſtit:

| | |
|---|---|
| Coniferas | Sarmentaceas |
| Amentaceas | Stellatas |
| Compoſitas | Cymoſas |
| Aggregatas | Cucurbitaceas |
| Conglomeratas | Solanaceas |
| Vmbellatas | Campanaceas |
| Hederaceas | Contortas |

p. 6. Pix ſaltim in Suecia, Heluetia aliisque regio-
p. 17. bus ex pino ſylueſtri prouenit. Terebinthina V-
neta meliùs *laricina* dicitur. Terebinthina com-
p. 18. nis adſcribitur pino piceae. Sandaracha, quae
p. 38. Suecia proſtat, eſt reſina iuniperi ex formicar-
aceruis collecta; Maſtichi ſuppar vi diſcutiendi r-
borandi, inde ad ſuffimigia commendatur. Artifi-
p. 71. ad vernicem albam adhibent. Oleum betulinum
p. 72. conuenit cum oleo fuliginis. Folia alni, (betula a-
LINN.) praeſtantiſſima ad lac puerperarum h-
tionem reſpuentium diſſipandum, dum, poſtq-
conciſa ſuper igne in diſco incaluerunt et in-
runt, calide applicantur: primis diebus con-
cerefolii congruit. Hoc ſimplex remedium
bus emplaſtris cet. praeferendum eſt. Vlcera can-
p. 78. ſiua iiſdem quoque ſanari feruntur. Cardui to-
toſi herba recens, (onopordon. LINN.) nondum pr-
dignitate ſua in praxi medica colitur, licet vari-
tutem ſucci expreſſi in cancro, dum linteo carpt-
vel et ipſa herba contuſa applicatur, confirmant.
p. 117. Abrotanum mas externe fomenti inſtar diſcuti et
p. 134. gangraenam figit. Abrotani feminae ſ. Santolinae
vſus eſt rariſſimus, etiamſi vires odoris fragrantia
et amarities prodant. Vermes necare, obſtructio-
nes reſerare, hyſtericis ſubuenire et detergere re-
ferunt; alias virtutes experientia vlterius indigen-
p. 195. tes ſilentio praeteriit Cl. MVRRAY. Iungit Noſter
p. 213. cuſcutae Europeae cuſcutam epithymum. Permulta
ad cicutae ſ. conii LINN. hiſtoriam varietatemque
p. 236. ſpectantia accurate hic collecta ſunt. Oreoſelinum
p. 271. Noſter commendat. Cicuta aquatica ſeu virosa hodie
vix in medicina vſu venit, niſi radix externe applicata
p. 282. et vti quidam volunt, herba in emplaſtrum recepta.
Chaerophyllum externe ad lac repellendum lauda-
p. 303. tur. Aqua Petroſelini ex ſeminibus deſtillata praeſtat
p. 310. aquae ex foliis eiuſdem. De vuis recentibus, paſſis

aggreſtis

...gresſis accurate hic Cl. Auctor agit et muſtum, vi-
...rum genera, ſpiritum vini, acetumque diligenter
...ſequitur. De tartaro autem ſeu eſſentiali vini ſa-
... infra inter mineralia dicet. Galii lutei radix oſſa
...ro colore tingit: herba vero lanam luteam red-
... Colocynth. pulp. ℥jſſ. aniſ. ſtellat. ʒj. ſpirit. p. 368.
... Gall. ℥xx. M. F. Tinctura, quae a Cl. DAHL- et 372.
...o inuenta eſt et prodeſt in chronicis capitis p. 410.
...oribus, initio facto a guttis quindecim vel octo-
...m ter vel quater de die, augendo doſin gutta
... quotidie, donec aluus emolliatur. Puluis COR-
...CHINI ſ. Comitis DE WARWICK ſ. puluis de tri- p. 500.
... ſ. puluis trium diabolorum, conſtat ex ſcammo-
...o ſulphurato, antimonio diaphoretico, cremore
...tari in puluerem tritis. Silent libri materiae p. 513.
...dicae plerique de dentaria ſ. dentillaria, plum-
...gine Europaea LINN. Acrimonia inſignis illi
...tribuitur. Radix eius odontalgiae medetur, herba
...contra cancrum vim aliquam praeſtitit exter-
...num. Multum hic docetur de virtute varia radicis p. 521.
...ipecacuanhae, eaque ſpecifica antidyſenterica,
...antiſpaſmodica, opium mitigante, haemorrhagias
...ſiſtente cet. Finit hoc volumen accuratiſſima p. 546.
...et ampliſſima relatio de varia corticis Peruuiani
...virtute et deſignatione ſpecierum in primo volu-
...mine contentarum.


Inuenient hic itaque medici vno loco, quae de medicamento noſcenda ſunt, et ſi quaedam deſint, eorum ſupplementum in poſterum pollicetur Cl. Auctor, nec facile poterunt carere hoc vtili libro et qui primum hoc volumen legerint, nobiſcum maxima profecto voluptate exſpectabunt, ſequentia.

XV.

Epiſtola gratulatoria de amygdalis et oleo amararum aethereo. Auctore PETRO IOANNE ANDREA DARIES. Lipſiae ad II. M. Auguſti A. C. MDCCLXXVI. 4. pagg. 14.

Cum negetur ab omnibus propemodum, praeque a NEVMANNO, oleum amygdalarum amararum aethereum, Cl. DARIES, data ſcribendi occaſione, accurate et appoſite hanc in rem inquiſiuit. Expoſita primum breui hiſtoria amygdalarum, in qua diuerſa pericarpii putamina deſcribit et bene diſtinguit, differentiam amararum et dulcium amygdalarum a cultura varia orta tat, coloremque vti ex Iuglandis putamine extrahi no-
p. 6. net; ad praeparationem olei expreſſi progreditur, in eaque amygdalas ab inſectis arroſas reiicere iubet, cum oleum quam maxime corrumpant. Partes conſtitutiuas amygdalarum etiam non omittit, atque praecipuam partem conſtitutiuam amara-
p. 7. rum oleum aethereum eſſe affirmat. Oleum aethereum, qua ratione obtinuerit, deſcribit, ſimulque dicit oleum hocce ſemper verſus fundum vitri
p. 9. deſcendere ibique colligi. Ex repetitis experimentis videbatur apparere, hoc oleum tantum in pelliculis partibus reſinoſis imbutis haerere. Amyg-
p. 10. dalae proſunt in ſoluendis reſinis et camphora et in oleo amararum expreſſo videntur particulae olei aetherei ineſſe nonnullae. Eſt vis venenata in amygdalis amaris et inprimis in earum oleo
p. 11. aethereo. Furfures vero a deſtillatione remanentes nihil venenati habebant, ſine vllo enim detrimento eos animalibus Noſter exhibuit.

Experi-

Experimenta autem, quae cum oleo aethereo fringilla et rana inſtituit, alios effectus protulerunt. Propinauit fringillae guttulam huius olei et pauco tempore praeterlapſo conuulſionibus exactis haec beſtiola moriebatur. Ex his colligit in p. 12.
oleo aethereo eſſe aethereo-reſinoſo-oleoſas easque acerrimas particulas. Sectionem cadaueris fringillae ſuſcepit atque oeſophagum pylorumque inflammatum, in corde ſanguinem coagulatum, in cranio extrauaſatum, in roſtro liquorem luteum ſpumoſum inuenit. Ob defectum magnae copiae olei non multam experientiam in arte facienda ſibi acquirere potuit Cl. Auctor. Arbitratur vero in variis neruorum morbis, paralyſi linguae, ſipothymia, malo hyſterico, non inutiles effectus proferre poſſe. Proſtat hoc oleum aethe- p. 13.
reum amararum amygdalarum Hamburgi in GERTMANNI pharmacopaei peritiſſimi officina.

## XVI.

Academiſk Afhandling om Nyttan af Medicinal-Växters ſamlande, ock planterning inom Riket, vnder Herr ERIC GUSTAF LIDBECKS inſeende, vtgifven ock förſvarad af *Eric Theodor Biörnlund.* d. 22 April. 1775. Lund. Trykt hos Hof-Camer. och Direct C. G. Berling. 26. pagg. in 4.

i. e.

Academica tractatio de vtilitate collectionis medicinalium plantarum, earundemque plantationum intra patriam, praeſide ERICO GUSTAVO LIDBECK, edita et defenſa ab *Erico Theodoro Biörnlund.*

Probabile esse, ait Cl. Auctor, ita a natura c
cunque regioni esse prospectum, vt vege
lia necessaria in eadem nascantur, atque m
omnibus peregrinis opus esse, si modo indigen
cte cognoscantur et colantur. Ingentem num
rum pecuniae ex Suecia auferri exoticis vegetabili
ostendit, cum tamen omnes allatae plantae spon
illic nascantur, vel facile illic coli possint. Exp
p. 11. rimentis enim constat, *Gentianam luteam*, *Sali*
*Melissam*, *Lauandulam*, *Chamomillam romanam*, *E*
*lam*, *Anisum*, *Foeniculum*, *Carduum benedict*
*Arum*, *Saponariam*, *Dictamnum album*, *Asar*
*Rutam*, *Sabinam*, aliasque plures peregrinas pla
tas, clima frigidius perferre. Possent quidem lo
co harum plantarum aliae indigenae plantae repe
riri, quae vim medicam, sed minorem haberent
quae plerumque etiam gustu et odore debiliore
p. 13. sunt; vel sunt suspectae, *vt Actea*, *Pulsatilla*, *E*
*cinus* etc. Ideoque etiam maximum est meritum
Collegii Medici *), quod in pharmacopoeae Suec
p. 15. cae noua editione omnia inutilia remedia omisit. Per
ennes autem et biennes herbae multae per hyemem
durant et sponte quasi, in horto parum cultae propa
gantur, vt *Gratiola*, *Iris florentina*, *Crocus officinalis*,
*Rubia tinctorum*, *Cyclamen Europaeum*, *Glycirrhiza*,
*Gnaphalium stoechas*, *Veratrum nigrum*, *Paritaria*
et aliae supra iam dictae, quarum naturam et vim
breuiter recenset Auctor.

p. 19. Suadet nunc Auctor similes hortos medicina
les institui, atque optat, vt pharmacopoei et chi
rurgi culturam et naturam plantarum bene cal
leant, quin etiam Theologis vtile id futurum esse
putat, cum hoc modo, si ab vrbibus sint remoti,
plebi herbis vtilibus prodesse possint. Pluribus
deinde Cl. Auctor hoc consilium ad loca nonnulla
Suecica

*) v. supra p. 350.

...ecica applicat, atque exemplis illuſtrat: optan-...que omnino eſt, vt etiam in aliis regionibus ...ſilium hoc exſequatur, atque tum indigenae ...antae diligentius colligantur et earum vires ...rutentur, tum plantationes medicinalium her-...rum inſtituantur.

## XVII.

*Verſuch einer Naturgeſchichte des Hamſters von* F. G. SVLZER, *D. A. W. D. Mit 2 illuminirten und 3 unilluminirten Kupf. Göttingen und Gotha. Verlegts Johann Chriſt. Dieterich. 1774. 124 Seit. in 8.*

i. e.

Tentamen hiſtoriae naturalis Muris Criceti, Auctore F. G. SVLZER, M. D.

Satis bonae relationes et propriae obſeruationes hoc in libro continentur, in cuius prooemio Auctores, qui de Mure Criceto ſcripſerunt, recenſentur, deinde vero primum exteriores partes deſcribuntur: ſequuntur tum obſeruationes ſuper interaneis, poſtea loca, in quibus habitat, ipſum eius habitaculum, viuendi ratio et ſomnus hyemalis indicantur, ac denique ea, quae oeconomiam attinent, recenſentur. Nobis ex his pauciſſima tantum indicare liceat.

Labium inferius Muris Criceti adeo breue eſt, p. 22.
vt os claudere ſemper nequeat, niſi voluntaria contractione. Vibriſſae, vtrinque in quinque ſeriebus poſitae, oriuntur ex muſculo tendinoſo, qui cuti ſubiacet, et cum perioſtio maxillae ſuperioris cohaeret, in quo cylindri parui inhaerent tan-

p. 28. quam vibriſſarum vaginulae. Pedum anterior
pollex vix eſt conſpicuus; vno tantum articulo
ſtructus, ex cute vix quidquam, praeter vag
p. 32. planum, rotundatumque prominet; poſteriores
des ſunt pentadactyli. Notabilia ſunt duo loca
lateribus, paulo ante crura, in quibus loco
rum, *ſetae* poſitae ſunt, quae ſi reliqui pili
diſtrahantur, in conſpectum prodeunt.
p. 41. vterque non aliis ſignis, niſi partium genitali
p. 43. differentia diſtingui poteſt. *Palatum* octo emin
tibus tranſuerſis ſtriis ornatur. Praeterea anim
culum vexatur *Acaro*, qui ſequentibus ſignis a
liquis differt: *A. Criceti*, oualis, albus, pellucid
pedibus aequalibus, aeque diſſitis, obtuſis. Var
tates ſpeciei raro inueniuntur, ſi vlla, nigro corp
re ea eſt, quam etiam hic depictam tradit.

p. 55. Ex interioribus partibus notandi ſunt nonnull
muſculi, qui cuti ſubiacent: prior muſculus *cutaneus*
p. 58. *brachii*, alter *leuator caudae* dicitur. *Saccos bucca-
les* hoc animalculum cum nonnullis *Simiis* com-
munes habet: qui quidem ſunt membranacei, ou-
les, atque omne buccarum ſpatium implent, intra
cutem et muſculos maxillares vſque ad humeros
extenduntur, atque ad colligendum et celandum
p. 64. nutrimentum inſeruiunt. *Penis* vno tantum cor-
pore cauernoſo inſtructus, figuram S. romani imi-
tatur: in glande eſt oſſiculum, ſeſquilineam lon-
gum. Teſticulos *Cricetus*, cum foramen annulare
amplum ſit, facile retrahere et protrudere valet.
p. 72. Femininae partes genitales iis ex *Mure Ratto* ſunt
ſimiles. *Renes*, ſex lineas longi, 4 lati, vix emar-
ginati ſunt; intus paucis papillis inſtructi: glandu-
lae ſuprarenales ſunt lentiformes. *Hepar* quinque-
lobum eſt, et ex lobo ſingulo ductus hepaticus in
choledochum continuatus oritur. *Lien* trigono
priſmati

ſimili ſimilis ventriculo ſubiacet. *Pancreas* p. 81.
duplex eſt, ſic quoque *Ventriculus:* prior
no ſimilis intus rugoſus, cardia valuula orbi-
lari praedita, quae impediat aſcenſum ciborum,
oque patet *Cricetum* non ruminare: alter ven-
ulus ſubrotundus eſt, intus et extus priori ma-
glaber: inter priorem et hunc eſt quaedam
uula, quae vero tranſitum non impedit. Spina p. 97.
ſi viginti ſex vertebris conſtat, quarum ſeptem
li, tredecim dorſi et ſex lumborum ſunt: reli-
am oſſium ſtructuram vlterius hic perſequi bre-
ſtate impedimur.

Regiones fertiles et pingues tantum inhabitat p. 105.
*Cricetus;* quales in Thuringia et Saxonia, atque
Germaniae locis reperiuntur. Ipſum habitacu- p. 110.
lum ſingulari diligentia et cura hoc animalculum
conficit: quodlibet nempe duo foramina habet,
quorum alterum oblique deorſum, alterum verti-
caliter ſurſum tendit: illud variis gyris contortum,
hoc fere recta ad cameras ſubterraneas tendit, quae
duales ſunt, et quarum alia habitationi, alia nido,
aliae ad reſeruanda collecta ſemina inſeruiunt. Diffe-
rentiam deinde exponit, quae in habitaculo femi-
nae et iuniorum reperiuntur.

Caeterum *Criceti* audaces ſunt, et ſe contra p. 124.
canes alioſque ſui hoſtes defendunt, ſecum inui-
cem pugnant, aliaque minora animalcula, Mures,
Rattos occidunt et deuorant. Praeterea plantis ver-
no tempore, et autumno ſeminibus veſcuntur: etſi
etiam in nido eorum folia Veronicae, Papaueris
Rhoeados, Chenopodii, Lithoſpermi, aliarumque
plantarum inueniuntur. Raro, nec multum bi-
bunt. Sunt inceſſu tardi, ac natura ad fodiendum
proni: Non quidem duobus pedibus ingredi, ſed

iis

iis tamen insedere, et prioribus manuum instar v
possunt. Irritati clamant.

p. 142. Medio Februarii ex somno hiberno experg
scuntur, et tum cibis, qui supersunt, vescunt
prius, quam egrediuntur ex cameris: med
Martii foramina aperiunt, feminae vero dem
sub initium Aprilis. Sub finem huius mensis coëu
sub terra: femina per 4 hebdomadas grauida vid
tur: pulli nudi, et coeci, sed omnibus dentibus pr
diti, nascuntur. Capta mater pullos recens nat
intercidebat: Plerumque 10–18. fetus quoslibet
mater parit, non tamen eos contra pericula defen
dit; pulli celeriter crescunt, atque primo ann
iam iterum ad propagationem apti sunt.

p. 154. Hostes Criceti sunt Canes, Vulpes, et Mustel
Putorius. Cricetus si hieme indormire vult, ad
tum aëris omnem impedit, et summo tantum in
frigore congelascit. Dormiens in nido suo, lateri
incumbit, capite sub ventrem retracto, quod pedes
anteriores cingunt et posteriores ori adiacent. Mem-
bra omnia rigida sunt, frigida, oculi clausi, respi-
tio non sentitur, neque cordis pulsatio. Anatomico
p. 169. disquisiuit Noster dormientem Cricetum. Cor initio
ti primi tempore quindecies contrahebatur, cum alio
tempore 150 vicibus pulsat. Nulla doloris signa
ostendebat, raro se contrahere nitebatur, ex extor-
sione costarum et os aperiendo respirare velle vi-
debatur. His vitae signis praeditus erat, reliqua
omnia viscera et intestina rigida, ne sensilitatem
quidem monstrabant. Sanguis in pectore accumu-
latus, fluidus, oleosus et dilucidioris, quam aestatis,
tempore, coloris erat. Caussam huius rigoris Cl.
Auctor ponit et in aëre, sub terra incluso, et in
frigore, quod a puncto congelationis proxime adest.

Enar-

Enarrat deinde Cl. Auctor phaenomena, quae, cum vigilat Cricetus, obseruauit.

Quoad hominem hoc animal maiora conficit p. 176.
mala, quam vsum praestat. Nocet deuastando
frugalia. Prodest deuorando mures, pelle, et carne.
Describitur modus Cricetum ex habitaculis exfo- p. 185.
diendi. Icones bonae sistunt brunum Cricetum
cum varietate nigra depictum: deinde Acarum,
buccales saccos, partes genitales et capitis scele-
tum repraesentant.

## XVIII.

De Metallis petrefactis recitatio, quam in con-
sessu Ducalis Societatis Latinae Ienensis d.
1 April. An. 1775. habuit, deinceps non-
nullis additamentis auxit ADAMVS POTKO-
NICZKY, Pannonius-Neosolienſis. Ienae,
Litteris Strauſſianis, 3 plagg. in 4.

Noua quidem, sed vix satis probata sunt, quae pro- p. 4.
ponuntur a Cl. Auctore. Si animalia aut vege-
tabilia in petras mutantur, duplicem subeant necesse
est mutationem, et euaporationem, et impraegna-
tionem. Fluidiores nempe illorum partes dissipan-
tur, solidiores remanent, earumque interstitia nouis
terrenis particulis, in aqua, cui haec corpora im-
mixta sunt, haerentibus, replentur, sicque corpora
ista duriora redduntur, seu in lapides mutantur.

Metalla constare videntur Auctori, partibus p. 6.
terrenis, mercurialibus, salinis et sulphureis.
Priores sunt *fixiores*, reliquae *volatiliores*, quae vel
per varia salia, vel singulae per se, vel plures
simul coniunctae et cum sulphureis mixtae, aut
plane,

plane, aut ex parte, corrodi et reſolui poſſint, ſic aërem, aquas et humum abundare ſequitur. Iam ſi metalla, vel aëri tempeſtatibusque expoſita vel ſub humo ſint, ſi aquis madeant, aut merſa ſint, corroſio et reſolutio partium volatilium, quae *euaporationi* eſt ſimillima, ſequitur; tum particulae fixiores metallorum reſiduae adhaerebunt partibus terrenis, in aqua haerentibus: ſic eorum interſtitia his implebuntur, ipſaque durior, ſeu petrificata euadent.

p. 9. Metalla, quae pauciores et ſubtiliſſimas habent particulas terreſtres, vel nunquam, vt aurum, argentum, vel rariſſime, vt ſtannum et plumbum, *petrefacta* inuenientur; copioſius contra, quae plures et craſſiores continent, vt cuprum et ferrum, idque poſterius inprimis natura ſua, mutationi in petram idoneum eſt.

p. 12. Iam *metalla* etiam *petrificata inueniri* comprobare annititur. Non procul ab vrbe Ienae inuentum in fonte *ferrum petrificatum* dicitur; nam adhaerebat in aditu fontis lapidi laterali, de quo olim valuae ſuſpenſae erant, eiuſque parti inferiori aquae immerſae adeo, vt vi eſſet decutiendum, formam cardinis prae ſe ferebat; coloris lutei ſubrubicundi erat, et pluribus locis particulae metallicae ferreae ſupermanſerant. Sic etiam in Vngaria maior moles ligni petrefacti, et in eo tres claui maiores, in lapidem luteo rubrum, duritie a reliquo diuerſum, commutati, inuenti fuerunt. Quin
p. 14. imo in muſeo Ill. WALCHII contineri ait Auctor tria ferri petrificati exempla. 1. Fragmentum gladii cum vaginae parte in lapidem ſolidum mutatum, in cuius mediae adhuc nonnullae ferreae particulae ſunt. 2. Ancorae pars, in vncum deſinens.

3. Cla-

Clauis, nodo maiori, cuſpide truncatus: in quo media parte etiam conſpiciuntur ferreae ſtriculae.

Nobis mutatio fieri poſſe videtur, ſed minus de petrificatio dicitur: cum, vti recte iam alius alteri obiecit, in iis non ſit conſpicua futura eorum ſtructura naturalis. Ipſius ochrae ferreae ergo ita forte nonnunquam explicanda eſt.

## XIX.

STEPHANI BLANCARDI lexicon medicum tripertitum renouatum, in quo artis medicae termini, in anatome, chirurgia, pharmacia, chymia, re botanica, etc. vſitati, dilucide et breviter exponuntur. Hiſce adiungitur Graecorum vocum etymologia, tum earum belgica, germanica, gallica, anglica etc. interpretatio, cum indicibus locupletiſſimis. Editio nouiſſima, cui, quae nouiter inuenta, aut nunc rectius congnita ſunt, addidit et interiecit D. IACOBVS FRIDERICVS ISENFLAMM Seren. Margg. Brandenb. Onold. et Culmbac. Conſil. Aulicus, in Acad. Frider. Alexandr. Erlang. Medic. et Anat. Prof. Publ. Ord. Acad. Imper. Natur. Curioſ. Collega. Vol. I. A—M. cum gratioſiſſimis priuilegiis S. Caeſ. Maieſt. et Ser. Elect. Sax. Lipſiae Sumtibus Eng. Benj. Schwickerti MDCCLXXVII. 8. pagg. 832. praeter praefationes.

Non

Non possumus non, quin indicemus breuiter hanc nouissimam eamque summe necessariam lexici Blancardiani editionem, diligentissime curatam a Cl. ISENFLAMM. Quantum sit huius editionis augmentum, iam ex titulo quodammodo patet. Non solum enim Cl. ISENFLAMM multa loca mutauit et ab erroribus liberauit, sed et multas nouas interiecit res easque breuiter, et profecto accurate definiuit. Pertinent autem omnes res in hoc lexico medico collectae, ad rem medicam. Pauca hinc aut vix vlla de iis plantis, mineris, conchyliis, insectis aliisque animalibus inueniuntur, quae solum conquirit nouitatis et raritatis studium asseruat, et intuetur curiositas. Aliena sic Cl. ISENFLAMMO fuere, quae aliena a materia medica. cet.

Gratias itaque habemus Cl. ISENFLAMMO maximas pro insigni studio et assiduitate, quam in lexico hoc renouando atque locupletando adhibuit. Superat enim id profecto tum rerum copia, tum diligentia priora quae hactenus publicata fuerunt, atque medicis maxime commendandum est.

## XX.

## Noua physico medica.

Societas et Commercium Litterarium Regium Medicinae, nuper *Parisiis* fundata, prima iam vice venit: et definita laborum suorum ratione, quaestionem proposuit.

*Quae sunt in febribus exanthematicis circumstantiae, vbi regimen frigidum praeferrendum est calido, et vbi contraria methodus adhibenda est?*

(*Quelles sont dans les fievres exanthématiques les circonstances, ou le regime refraîchissant est préférable à l'échauffant, & celles ou il faut employer une méthode contraire?*)

Quicunque hancce rem diiudicare proposuerit, systematis rationem fugere, at ante 1 Iunii 1777 solutis vectigalibus ad Cl. VICQ – D'AZIR Parisiis commentarium mittere rogatur. Optimae elaborationi praemium trecentarum librarum mense Augusto 1777 concedet Societas. Societatis Praeses est Cl. LASSONE.

Celeberrimus medicus Batauus ad quaestionem Parisinam, quam in nostris commentariis*) repetitam legerat et quae remedium complecteretur, quo infestum variolarum virus infringatur, respondit et hos aphorismos nobiscum benevole communicauit.

I. Variolae sunt morbi non inflammatorii, sed inflammatio cutanea ipsarum est symptoma.

Quod probatur ex contagio inflammationi haud proprio, tum et ex absentia inflammationis in benignis variolis.

II. Va-

*) vid. comm. nostr. Vol. XX. p. 729.

II. Variolae ſunt ſpecies exanthematum eryſipelatoſorum.

Quaecunque enim in genere de eryſipelate a probatis Autoribus praedicantur, variolis competunt.

III. Eryſipelas varioloſa tendit in corruptionem acrem, vnde febris continua putrida exanthematica.

Docent foetor, dolor, puſtulae, linguae ſqualor, caeteraque.

IV. Si inflammatio pergit, variolae fiunt purulentae; ſi praecauetur vel abigitur, puſtulae erunt aquoſae, cruſtaceae, ſicceſcentes.

V. Diagnoſis huius inflammationis, eſt pulſus durus, caeteraque ſigna communia.

VI. Sedes inflammationis non in ipſis puſtulis, ſed has circumambiens in cute nonnunquam luculenter apparet.

VII. Inflammatio cutis variolas prae caeteris periculoſas ſiſtit, et a principio ad finem debellandas venit, quod ſequentem in modum perficitur.

α) V. S. pro re nata iteranda, ſimulac variolae praeſagiuntur, eſt inſtituenda.

β) Potus per totum morbi decurſum ſit copioſus cuiuſuis generis, aqueus, acidiuſculus, humectans, lacte ſolo interdicto.

γ) Simulac variolae erumpunt, vbicunque vel dolor vel pruritus adeſt, cutis decocto fabarum diligenter foueatur.

δ) A principio ad finem morbi quotidie exhibeatur purgans, plurimum vero intereſt, quale? ſequens vero ſpecifice agere autumo, cuius aſſertionis lapis lydius ſit experientia:

℞ Fol. Senn. mund. ʒij — ʒß.
Succ. Citr. rec. Nij.
F. Infuſio cum Aq. feruent. ʒj — ʒij.
Colatur. add.
Syr. Roſar. ſol. cum Senn. ʒj.
F. Hauſtus mane ſumendus.

ι) Verum quod prae ceteris inculco, per octiduum morbi primum, plane nullo, ſi fieri poterit, vtatur cibo vel alimento, quod ieiunium ſi nimis durum videtur, tenuiſſimum hordei decoctum concedam.

ξ) Surgat aeger e lecto fruaturque aëre libero, quantum licet.

η) Ita febrem ſecundariam fere nunquam incidunt, nec aphthae, nec ptyaliſmus ceteraque ſymptomata, immo perraro variolae ſuppurantes, morbusque iam regulariter et placide decurrit, ſtadiumque exſiccationis abſoluit feliciter.

Noſtrum duximus, hos aphoriſmos ita, vti nobiſcum communicati ſunt, hic inſerere, cum tempus Ipſi Facultati Medicae Pariſinae eos offerendi praeterlapſum ſit et haec medendi ratio digna videatur, quae vlterius perpendatur a medicis practicis. Nomen vero Auctoris reticemus, Eo Ipſo ita volente.

Cll. ſodales Academiae Regiae ſcientiarum *Pariſienſis* loco Cl. DE FOVCHI *) Ill. DE CONDORCET munus ab epiſtolis Academiae perpetuum mandarunt.

Cl. IOANNES PHILIPPVS DV ROI medicinae doctor et Praeſidii Militaris Brunſuicenſis medicus



*) v. comm. noſtr. Vol. VIII. p. 547.

ordinarius die 1 maji. 1776 inter ſodales Academiae Imperialis Naturae Curioſorum eſt receptus.

Cl. IOANNES IACOBVS REICHARD Medicinae Doctor *Francofurti ad Moenum* Practicus Ordinarius et horti botanici Senkenbergiani praefectus die 11 nouembris 1775 Academiae Imperialis Naturae curioſorum et die 24 maji 1776. Societati Academicae principalis Haſſiacae, quae *Gieſſae* floret, factus eſt ſodalis ordinarius.

Cl. HENRICVS CHRISTIANAS PEIN Prouiſor primarius in pharmacopoea Regia poſt obitum Cl. b. BRANDES *) in locum Profeſſoris Publici chemiae et pharmaciae in collegio medico chirurgico Berolinenſi eſt deſignatus.

*Harderouici* menſe auguſto 1775 in locum Virorum Cll. N. G. OOSTERDYK, P. A. NAHVIS et I. TH. ROSSYN, quorum primus *Lugduni Batauorum* vocatus eſt, alter et tertius *Vltraiectum*, ſuffecti ſunt:

Cl. MATTHIAS VAN GEVNS Medicinae Doctor, hactenus Practicus Groninganus eiuſque Metropolis Phyſicus et Archiater, tanquam Medicinae, Praxeos, Chemiae et artis obſtetriciae Profeſſor Ordinarius, vt et Regionis Gelrozutphanicae Archiater;

Cl. RVDOLPHVS FORSTEN Medicinae Doctor Lugduno Batauus, vt medicinae theoreticae, anatomes et chirurgiae Profeſſor ordinarius,

Cl.

*) v. ſupra p. 168.

Cl. BERNARDVS NIEVHOFF hactenus Philosophiae Professor in Gymnasio Dauentrienſi, tanquam Philosophiae, Matheſeos et Aſtronomiae Professor ordinarius.

Habuerunt die natali Academiae iunio 1776 anni Cl. VAN GEVNS orationem inauguralem in quaestionem: *an expediat Reipublicae medicinam facientium opera?* Cl. FORSTEN *de Belgarum meritis in physiologiam corporis humani;* Cl. NIEVHOFF *de hodiernorum ſenſu recto in physicis.*

*Vpſaliae* dimiſſionem petiit Ill. LINNAEVS ſenior a munere Professoris. At Rex Clementiſſimus Illo in regimine Academico carere noluit, ideoque iuſſit, vt a praelectionibus quidem vacaret, ſtipendio inſtructus emeriti; attamen Conſiſtorii Academici et Facultatis Medicae ſeſſionibus intereſſet pro arbitrio. Eius filius autem ordinarius conſtitutus eſt Professor cum ordinario ſtipendio.

*Ibidem* Cl. SPARRMANN, qui cum FORSTERIIS iter ad Polum Antarcticum fecit, in patriam redux eſt et itineris ſui diarium elaborare ſtudet: Aues illius ſub itinere collectae infelici fato Gothoburgi flamma perierunt. GEORGIVS ROTHMANN, qui anno 1773 in Africam vela dabat, regioneſque ditionis Tripolitanae interea perluſtrauit, etiam hoc anno domum reuerſus eſt.

Experientiſſimus I. G. GALLESKY *Chronopoli* (Tilſit) die 12 iunii 1776 mortuus eſt. Librorum et rerum naturalium apparatum, quem reliquit, bibliothecae eius vrbis donauit.

Experientiſſimus ARONS SOHN die 14 iunii 1776. *Berolini* deſiit viuere.

Die 4 ſeptembris 1776. Celeberrimus ANTON DE HAEN ſeptuageſimo et tertio aetatis anno *Viennae* e viuis ereptus eſt.

Cl. IOANNES ELLIS hiſtoriae naturalis peritiſſimus Regiae Societatis Socius *Londini* octobris menſe 1776 obiit.

## XXI.

## Index phyſico medicorum ſcriptorum quae anno 1774 prodierunt.

Catalogue hebdomadaire cet. v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 165.

Philoſophical Tranſactions Vol. LXIV. v. ib. Vol. XXI. p. 112.

Abregé de l' hiſtoire & des mémoires de l' Academie Royale des ſciences de Paris concernant l' hiſtoire générale et particuliere, la phyſique, la chymie, la medécine & toutes les ſciences naturelles. Par Mr. PAVL de la ſocieté royale de Montpellier & de l' Academie de Marſeille Tom. V. à Paris 4. (*Quaedam mutauit annotationeſque breues addidit Cl. Editor*).

Hiſtoire & mémoires de l' academie royale des Sciences de Paris Année 1771. v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 401.

Tables de l' hiſtoire & de mémoires de l' Académie Royale des ſciences. Tom. VIII. à Paris 4.

Mémoires de l' Academie Royale de chirurgie. Tom V. à Paris 4. (*Eiuſdem libri tomi XIII. XIV. et XV. ibidem in forma duodecima prodierunt.*)

Mémoi-

Mémoires de mathematique & de phyſique préſentées. Tom. VI. v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 453.

Noui commentarii Petropolitani Tom. XVIII. v. ib. p. 575.

Kongl. Vetenskaps Handlingar Vol. XXXV. v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 375.

Kruſd. libr. verſio Germanica. per Ill. KAESTNERVM. v. ib.

Societatis medicae Haunienſis collectanea Vol. I. v. ib. Vol. XXI. p. 233.

*Berliniſche Sammlungen VI. Band*, (cuius epitome cum quinto volumine huic ipſi commentariorum noſtrorum volumini breuiter inſerta eſt.)

Almanach de ſanté à Paris 12.

*Neue Mannichfaltigen. Zweyter Jahrgang Berlin* 8. v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 360.

*Der Arzt der Reiſenden. Langenſalza.* 8.

*Vermiſchte Beyträge zur phyſicaliſchen Erdbeſchreibung. Erſter Band. Brandenburg* 8. *m. K.* vid. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 360.

*Verhaltungsregeln bey nahen Donnerwettern, nebſt denen Mitteln ſich gegen die ſchädlichen Würkungen des Blitzes in Sicherheit zu ſetzen, zum Unterricht für Unkundige. Gotha* 8. *m. K.*

Catalogue des curioſités naturelles, qui compoſent le Cabinet de M. De * * *. ib. 8.

*Der Naturforſcher 1ſtes bis 6tes Stück. Halle* 8. (quem librum proxime indicabimus).

Four introductory lectures in natural philoſophy Lond. 8.

*Handbuch der Naturgeſchichte Dritter, Vierter uud letzter Band. Aus dem Franzöſiſchen. Nürn-*

*berg* 8. *m. K.* vid. comm. noſtr. Vol. XVI pag. 372.

*Beyträge zur Beförderung der Naturkunde Erſter Band. Halle* 8. (Varia continet omni attentione digna).

The ſcripture-theory of the earth throughout all its revolutions and all the periods of its exiſtence, from the creation to the final renovation of all things. Lond. 8

Table pour ſervir à l'hiſtoire anatomique & naturelle des corps vivans à Paris. fol. v. comm. noſtr. ſupra pag. 263.

Hortus Malabaricus v. HILL.

Icones lignorum exoticorum cet. v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 205.

Onomatologia botanica completa. Tom. VI. Franc. et Lipſ. 8. maj.

*Sätze aus der Naturgeſchichte der Pflantzen und dem Ackerbaue, nach welchen die Herren* CHRISTIAN *Graf* AICHHOLT FRANZ VON KIENMAGE, GEORGE *Graf* FESTETITS *von Tolna;* IOHANN *Graf* NADICK, IOSEPH *Freyherr* LVSINSZKY VON RIGLICZE, IOSEPH *Freyherr* VON PÜCHLER *in der K. K. Thereſianiſchen Akademie geprüfet worden. Wien* 8.

*Hiſtoriſche Mineralogie oder Beſchreibung der Mineralien und Anzeigung der Oerter, wo ſie gefunden werden. Breßlau und Leipzig* 8. (Auctor eſt IO. GOTTL. VOLKELT, liber compilatus, nec ſemper bene.)

*Beyträge zur Naturgeſchichte, beſonders des Mineralreichs aus ungedruckten Briefen gelehrter Naturforſcher und aufmerkſamer Freunde der Natur. Iſter Theil Altenburg* 8.

Mult-

vtilia hoc in libro traduntur, vt de quibusdam lapidibus et petrefactis Wimarienſis regionis, de foſſilibus variarum regionum, de concha triloba rugoſa ſ. *Entomolitho paradoxo* LINN. ex cuius diuerſis indiuiduis componitur inſectum ignotum, cancro quodammodo ſimile; de *Belemnite*, vbi negatur FERMINVM eius protypum deteriſſe, aliae vtiles obſeruationes de petrefactis, et quibuſdam muſcis, etc.

*Abhandlungen der freyen oekonomiſchen Geſellſchaft etc. Aus dem Rußiſchen ins Deutſche überſetzt. Petersburg und Riga* 8.

*Almarkiſch oekonomiſch phyſikaliſch Magazin. Berlin* 8.

*Berliner Beyträge zur Landwirthſchaftswiſſenſchaft. Erſter Band. Berlin* 8.

*Schriften der Leipziger oekonomiſchen Societät. Dreßden* 8. mai.

*Geſammlete Nachrichten von den Verfahren der Holländer, wenn ſie waſſerdichtes Mauerwerk machen. In zwey Sendſchreiben nebſt beygefügten zween Kupfertafeln einem guten Freunde mitgetheilt von —. Dreßden und Leipzig* 8. *m. K.*

*Abhandlung von Hacken als einem vorzüglichen Ackerwerkzeige anſtatt des Pfluges. Berlin* 8. *m. K.* (Multis argumentis et experimentis demonſtrat Auctor in plurimis regionibus hamum eſſe aratro praeferendum. Vtilis oeconomis liber).

*Briefe über die Stallfutterung. Von einem Mitgliede der oekonomiſchen Geſellſchaft in Bern. Bern.* 8.

*Sicheres Mittel um künftigen Hornviehſeuchen zuverläßig vorzubeugen von einem ächten Patrioten. Glogau* 4.

*Abhandlungen und Erfahrungen der fränkisch* [illegible] *ſikaliſch oeconomiſchen Bienengeſellſchaft* [illegible] *Jahr 1772 und 1773. Nürnberg* 8.

*Nachtrag zu den Anmerkungen zur Verbeſſe*[illegible] *Bienenzucht in Sachſen. Dem Publiko zum Be*[illegible] *herausgegeben von einem Bienenfreunde in P*[illegible] *ſchen Grunde bey Dreßden. Dreßden* 8.

*Kurtze Abhandlung derjenigen inländiſchen P*[illegible] *durch deren unvorſichtigen Gebrauch bey Menſch*[illegible] *und Vieh großer Schade ja der Tod ſelbſt* [illegible] *anlaſſet werden kann. Durch ein Mitglied* [illegible] *ökonomiſchen Geſellſchaft in Bern. Bern* 8. [illegible] (Complectitur hic liber ea, quae Ill. HALLER iam de hac re propoſuit).

*Kurtze Abhandlung von den oekonomiſchen* [illegible] *ſchen und mechaniſchen Nutzen und Gebrauch* [illegible] *inländiſchen oder bey uns freywachſenden* [illegible] *und Stauden* ib. 8. (Auctor tam huius libri, quam antecedentis dicitur I. H. KOCH. Plantae inſignitae ſunt Linnaeanis, Hallerianis et Helueticis nominibus).

Hiſtory of Jamaica: or general Survey of the ancient and modern ſtate of that Island, with reflections on its ſituation, ſettlements, inhabitants, climate, products, commerce, laws, and Governement. Lond. 8. (*De ſaccharis et de cacto, ficus Indica dicto, quaedam oeconomica. Commendantur etiam recte arboreta et cultura arborum exoticarum vtilium v. c. earum, quae aromata largiuntur, in hac inſula*).

A tour to Scotland and voyage to the Hebrides anno 1772. Cheſter 8. (Auctor eſt THOMAS PENNANT).

The additions to the quarto edition of the tour in Scotland 1769 and the new appendix reprinted for

the accommodation of the purchasers of the first and second editions. Lond. 8. (Auctore THOMA PENNANT).

*Bemerkungen auf einer Reise nach der Levande.* v. DOHM.

*Reise eines französischen Officiers nach den Inseln Frankreich und Bourbon dem Vorgebürge der guten Hofnung u. s. w. Nebst neuen Bemerkungen über die Naturhistorie und die Menschen. Aus dem Französischen übersetzt und mit einigen Anmerkungen versehn. Altenburg* 8. v. comm. nostr. Vol. XXI. p. 365.

Scriptores medicorum Hungariae et Transiluaniae bibliographia v. ib. Vol. XX. p. 638.

Nouvelle chymie du goût & de l'odorat, ou l'art de composer facilement & à peu de frais les liqueurs à boire & les eaux de senteur. à Paris 8. c. f. (*Noua editio aucta emendataque*).

Pharmacopoea collegii regii medicorum Edinburgensium. Edinburg. 8. (*Noua medicamina huic editioni, quae iam* 1776 *additamentis* Cl. BALDINGERI *aucta in Germania, denuo vulgata est, sunt adiecta et antiqua quaedam omissa*).

*Auserlesene kleine Werke dreyer berühmter Englischer Chymisten Herrn* PRIESTLEY, HENRY *et* BLACK *die Schwängerung des gemeinen Wassers mit fixer Luft, die Magnesia und Kalckerde, die Fäulungswidrige Kraft gewisser Arzeneyen uud andre erhebliche Gegenstände betreffend. Kopenhagen und Leipzig* 8. *m. K.* (Plurimà, quae aërem fixum spectant, legi possunt in comm. nostr. Vol. XXI. p. 83. 89 seqq. p. 124 et 126).

Chymische *Abhandlungen von Salpeter.* vid. ib. pag. 261.

Remark's

Remark's on Mr. THOMAS HENRY's impro
method of preparing magneſia alba cet.
a phyſician Lond. 8. (*Verboſus liber comm*
*magneſia profert atque Auctor problema*
*vum nondum reſolutum ſe ſoluere gloriatur*
componere nempe ſal Epſomienſe et colli
terream eius baſin puram, hac ſcilicet ra
Coctae ſolutioni tenui ſalis cathartici An
addit lixiuium alcalinum, praecipitatum d
coquit et poſtea fundit in aquam bullie
multotiesque aqua eluit).

A refutation of Mr. HENRY's ſtrictures
GLASS's magneſia, ſupported by a ſeries of
periments made under the inſpection of ma
Gentleman of the faculty in the univerſity
Oxford. To which is annexed a recommenda
letter from the late celebrated Dr. HYLL
By the preſent proprietor of GLASS's magneſia
Lond. 8.

An eſſay in favour of ſuch public remedies as
uſually diſtinguished by the name of Quack
medicines: wherein the obiections thereto m
de againſt them, are fully answered, and their
virtues ſet forth in a proper light, by a country
Gentleman &c. ib. (*Sine anno et forma.*)

Mémoire ſur l' influence de moeurs des francois
ſur leur ſanté à Paris 12.

An eaſy way to prolong life by a little atten
tion to our manners of living. P. I et II.
London 8.

*Die Kunſt das menſchliche Geſchlecht fruchtbar zu*
*machen. Langenſalza.* 8.

*Vermiſchte Aufſätze über die körperliche Erziehung*
*der Kinder. Budingen.* 8.

Principes

cipes d' inſtitution, ou de la maniere d' elever les enfans des deux ſexes, par rapport au corps, à l' eſprit & au coeur. à Paris 12.

*Handbuch zur vollſtändigen Kochkunſt.* Schwerin und Güſtrow 8.

abulaire de la noſologie de M. SAUVAGES, contenant tous les termes techni ques, qui s'y trouvent avec leur explication, leur analogie & leur renvoi au corps même. à Paris 8. Voll. 3. (*Etymologiam nominum morborum continet.*)

nimadverſions on a late treatiſe on the kinkcough. v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 657. (*Hunc tractatum de tuſſi conuulſiua* GVILIELMVS BVTTER *ſcripſit, quem inuenies ibidem* p. 649.)

ouveau traité des contre coups de la tête à Paris 8.

The London practice of phyſic, the ſecond edition. Lond. 8.

nſiderations on the uſe and abuſe of antimonial medicines in fevers and others diſorders: containing a chemical examination of all the antimonial preparations in the ſeveral diſpenſatories: and a ſpecial inquiry into the nature, properties and effects of febrifuge medicines particularly emetic tartar Dr. IAMES and the Edinburgh powder, read in a ſociety of phyſicians and published, by Order of the Preſident and council. Lond. 8.

The medical magazine: or general repoſitory of practical phyſik and ſurgery. Calculated for the aid and aſſiſtance of the phyſicians, the ſurgeon, the apothecary, the chemiſt and the priuate Gentleman; and eſſentially neceſſary to conduct medical

dical ſtudents and hoſpital pupils. By a ſocie
of Gentleman of the different branches of t
profeſſion ib. 8. (*Singulare inſtitutum eſt, c
quiuis faſciculus aliquot paginas lexici me
aliaſque phyſiologiae, anatomiae, chemiae, c
rurgiae, verſionis libri Ill.* MORGAGNI *de ſed
et cauſſis morborum, nec non obſeruationes pra
cas ex recentioribus Auctoribus ſaepe collectas
comprehendat.*)

De thermis Borbonienſibus apud Campanos ſpec
men medico-practicum ſiue de legitimo cre
illos tractatu practico Prolegomena. Caluomon
4. (*Auctore* D. IVVET.)

Aduerſaria medico practica Vol. III. P. IV. v. comm
noſtr. Vol. XX. p. 674.

*Mediciniſche Commentarien einer Geſellſchaft d
Aerzte zu Edinburg. Altenburg.* 8. (Cl. KOHLR
DÖRFER curauit hanc verſionem).

Reliqua proxime.

---

Contenta

## Contenta in hac parte.

Iournal de médecine cet. Par Mr. ROVX Tom. XXXIX et XL. p. 195

Iournal d'un voyage cet. Par Mr. COLLINI. 252

ZIMMERMANN *Beobachtungen auf einer Hartzreiße etc.* 261

Table pour ſervir à l'hiſtoire anatomique & naturelles de corps vivans. 263

IACQVIN Hortus botanicus Vindobonenſis. 271

STECHMANN diſſ. de artemiſiis. 298

MÜLLER zoologiae Danicae prodromus. 302

*Berliniſche Sammlungen zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft der Naturgeſchichte V und VIter Band.* 307

DE KRZOWITZ hiſtoria febrium intermittentium omnis aeui obſeruata cet. 322

NICOLAI Pathologie III*ter Band.* 334

DIMSDALE de morbis cutaneis. 338

An Eſſay on the moſt effectual means of preſerving the health of ſeamen in the Royal navy cet. By LIND. 340

Pharmacopoea Suecica. 353

MVRRAY apparatus medicaminum. 354

DARIES epiſt. gratulat. de amygdalis et amararum oleo aethereo. 358

LIDBECKS afhandling om nyttan af medicinal växters ſamlande ock planterning innom riket. 359

XVII. SVLZER *Verſuch einer Naturgeſchichte des Hamſters.* p. 36

XVIII. POTKONICZY de metallis petrefactis. 3

XIX. BLANCARDI lexicon medicum tripertitum renouatum per ISENFLAMM Vol. I. 36

XX. Noua phyſico medica. 36

XXI. Index phyſico medicorum ſcriptorum, quae anno 1774 prodierunt. 37